71
3 D
14

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu.
IV. 15. D

4 - 4 - A - 9

Digitized by Google

TABVLAE QVINQVE DE ANNIS MVNDI ET SVCCESSIONIBVS ET GENEALOGIA D.N. IESV CHRISTI EX SACRIS SCRIPTVRIS.

AVCTORE IOANNE DE ROA DAVILA
Theologo Doctore, Priore S. Ioannis De Cauero,
Ord. Can. Reg. S. Auguſtini P.N.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA "VITTORIO EMANUELE"

Ex quibus explicatio, & conciliatio multorum locorum ſacræ Scripturę: & correctio plurium Chronographiarum hucuſque editarum apparebit.

AD S. D. N. PAVLVM V. P. M.

Colleg. Rom. Soc. Jesu
Catal. Inscript.
Bibl. Can. Bellarm.



ROMAE, Apud Gulielmum Facciottum. MDCX.

Superiorum Permiſſu.

21-5-D-14

TABVLAE QVINQVE
DE ANNIS MVNDI
ET SVCCESSIONIBVS
ET
GENEALOGIA D. N.
IESV CHRISTI
EX SACRIS SCRIPTVRIS.

AVCTORE IOANNE DE ROA DAVILA
Theologo Doctore, Priore S. Ioannis De Canero,
Ord. Can. Reg. S. Augustini F. N.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

Ex quibus explicatio, & conciliatio multorum locorum ſacræ Scripturæ: & correctio plurium Chronographiarum hucuſque editarum apparebit.

AD S·D·N· PAVLVM V·P·M·



ROMAE, Apud Gulielmum Facciottum. MDCX.
Superiorum permiſſu.

S. D. N.

PAVLO QVINTO PONT. MAX.

Doct. Ioannes de Roa Dauila P. Felicitatem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

PRimitias fructus quietis noſtræ, ac patrocinij veſtri (Sanctiſsime Pater) libello laborioſo, poſt alios olim excuſſos, offero nũc Sanctitati Veſtræ, alios maioris momenti labores, quos præparo, poſtea oblaturus. Iſtum verò annos mundi, & ſucceſſiones (cum correctione cæterarum enumerationum, & Chronographiarum, & explicatione locorum difficilium ſacrarum Scripturarum) continentem, Tibi Beatiſſime Pater) cui ſacrarum rerum cura commiſſa eſt, à Domino, magna, & diuturna conſideratione elaboratum, & ab eruditiſſimis viris proba-

tum, vt publicæ vtilitati ſubſeruiat, dicare decreui: Submiſſus Tuæ, ac Eccleſiaſticæ correctioni: qui etiam doctorum virorum animaduerſiones, cum gratiarum actione ſuſcipiam. Valereque fœliciter Sanctitatem veſtram exopto.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REVERENDISS. D. F. DIDACI ALVAREZ ARCHIEPISC. TRANEN.

MAGISTRI

Ex Dominicana Familia, ac Collegij S. Mariȩ ſuper Mineruam Romæ quondam Regentis,

CENSVRA ET APPROBATIO.

EX commiſſione Reuerendiſsimi P. F. Ludouici Yſtella Magiſtri ſacri Palatij Apoſtolici, vidi Tabulas quinque computationis annorum mundi, & ſucceſsionis, Genealogiæque D. N. Ieſu Chriſti. Ex Scripturis ſacris, & ſanctis Patribus collectas à Doctore Ioanne de Roa Dauila Priore Caueri: Ordinis Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini. In quibus nihil reperi ſanæ doctrinæ, aut bonis moribus aduerſum. Quapropter cenſeo dignas eſſe, vt ad communem vtilitatem, prælo mandentur. Romæ die 7. Menſis Iulij anno 1610.

Fr. Didacus Archiepiſcopus Tranen̄.

ADMODVM REVERENDI PATRIS
MAGISTRI
F. HIERONYMI
ALMONACIR
ORDINIS S. DOMINICI, ET
ſacræ Scripturæ Cathedram in inſigni
Complutenſi Academia quondam Regentis:

Eiuſdem operis prius tribus Tabulis contenti, Cenſura, & Approbatio in Hiſpania data tempore bo.me. Clem. VIII.

IVbente Regio Senatu, legi has tres Tabulas, Auctore Ioanne de Roa Dauila Doctore, & Priore ſancti Ioannis de Cauero Ordinis Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini, ad Sanctiſsimum Dominum Noſtrum Clementem Octauum. Quarum prima continet annos Mundi ab Adam, vſque ad Diluuium: Secunda omnes annos à Diluuio vſque ad præſentem annum Domini milleſimum quingenteſimum nonageſimum quintum: Tertia complectitur enarrationem genealogię Chriſti Redemptoris noſtri, à Iuda, vſque ad Ioſeph, & Deiparam Mariam ſanctiſsimam. Et in his tribus Tabulis nihil

nihil inueni, quod eſſet Catholicæ Doctrinæ, Scripturæ ſacræ, aut communi ſanctorum Patrum iudicio diſſentaneum; Conatur enim auctor pro virili vulgatam editionem defendere, & ex illius contextu hanc annorum enumerationem, & Chriſti Saluatoris noſtri genealogiam deducere. Quamobrem licebit Tabulas has in lucem proferre, non ſine lectorum fructu, & auctoris laude; ita viſum eſt, ſub peritorum cenſura in Conuentu de Atocha decima tertia die Martij anni 1595.

Fr. Hieronymus de Almonatir.

Imprimantur iſtæ quinque Tabulæ ſi videbitur Reue-rendiſsimo P.M.S.P.

P.Epiſcopus Ifernien. Viceſgerens.

Imprimatur. Fr. Paulus de Francis de Neapoli Reue-rendiſsimi P.M.S.P. *Apoſtolici, ſocius.*

Imprimatur. Fr. Damianus à Fonſeca Magiſter, & ſocius Reuerendiſs.P.F. Ludouici Yſtella ſacri & Apoſtolici Palatij Magiſtri Ordinis Prædicatorum.

TABVLA PRIMA EX V. DE ANNIS MVNDI, ET SVCCESSIONIBVS

Ex Sacris Scripturis.

AVCTORE IOANNE DE ROA DAVILA Theologo Doctore, Priore S. Ioannis De Cauero, Ord. Can. Reg. S. Auguſtini.

ANNOTATIONES GENERALES in quinque Tabulas.

Auctoris intentum prænotatur.

CVM ad intelligē tiam ſacrarum Scripturarum, & præteritorum etiam cognitionem multum conferre videatur intentum laboris huius: vt fidelem non lateant Dei auctoris communis opera, & tempus, quo Mundus iſte, eiuſque decor, cum habi-

tatoribus ſuis, conditus fuerit: Simulque exoptanda ſit christiano ſacræ Scripturæ locorum difficilium explicatio: quæ duo ijs tabulis perficere conabimur; idque ex fundamentis firmiſſimis: ſacrarum Scripturarum, ſecundum æditionem vulgatam: à ſancta Synodo Tridentina ſeſſione quarta probatam, & vſui ſecuro fidelium exhibitam; & Sanctorum Patrum veſtigijs inhærendo: quod etiam eadem ſeſſione commēdatum eſt; non immeritò lectorum attentio in re difficili, in breui libello, ob claritatem, & faciliorem captum, cum ingenti labore digeſta, poſtulatur.

Anni ab orbe condito, vſque ad Decembrem anni Iubilęi 1600. ſunt 5672. & tres

Non vero ſcrupuloſè inhęrebimus Hiſtorijs, & Chronographijs humanis: quæ neque omnino ſunt certæ, neque in hac re omnino veræ

tres menſes,in quo aliquæ numerationes defecerunt. & ab eo tempore, vſque ad præſens addendus eſt numerus anni currentis.

ræ reperiuntur: quia cum ſacris Scripturis infallibilibus non omnino concordant: quod fuit noſtri animi ad laborem iſtum motiuum præcipuum. Et ita ex ſequentibus colligetur, (quibus conſtabit annorum & temporum ab orbe condito, vſque ad Decembrem anni Iubilæi, & Natiuitatem Domini 1600. numerum eſſe 5672. annorum, & trium menſium, & deinceps addendum eſſe numerum anni currentis.) multum à veritate diſtare plures Scriptores annorum Mundi: tùm Græcos, per exceſſum ferè duorum milliarium, ponentes 7000. annorum numerum ferè, vt conſtat ex Chronicis Euſebij Cæſarienſis, & additionatorum illius: Tum Latinos quoſdam, per magnum exceſſum ponentes 10000.

annorum numerum, vt ante mille annos ſcribit Arnobius libro primo aduerſus Gentes fol. 2. Quoſdam vero, per aliquam adiectionem annorum; vt apud Chronographias, & annorum numerationes Bedæ, Genebrardi, Ioannis Lucidi, & aliorum Scriptorum: quos meritò dimittimus, quia præſtant ſacræ Scripturæ authoribus illis omnibus. Quorum inaduertentiam numerationis variæ ortam fuiſſe exiſtimo: vel ex varietate quantitatis annorum, apud varias prouincias, in antiquis temporibus, vt refert Xenophon de diuerſitate annorum, & Ioannes Annius lib. 12. antiquitatum; vel ex varietate numerandi hebdomadas Danielis, vt refert Pererius loco infra dicendo, & conſtat per Origenem tractat. 29. in Matth. vel ex varietate translationum ſacræ Scripturæ, vt apud Driedonem tom. 1. de ſacra Scriptura lib. 3. tract. 3. Vel ex ſecutione numeri annorum, ſecundum hiſtorias humanas, cum confuſione Regnorum, bellorum, & Principum, ac nominum ipſorum; & ex Scriptorum, & Typographorum in numeris negligentia. Quæ cum incerta ſint, & diffuſe ab alijs ſcripta, ſuperfluum videretur ea proſequi, & explicari: Et ſi excuſet Cardinalis Baronius 25. Decemb. in annot. ad Calenda-

darium Romanum, antiquitatem ſequutam Græcorum, & ſeptuaginta duorum Interpretum numerationem, ſed alios ſequi Hebraicam veritatem, & ſic patet non eſſe mirandam varietatem. Sed maior ratio infallibilis ſacræ Scripturæ, quàm humanæ fallibilis diligentiæ habenda eſt. Tum denique Hebræos erraſſe conſtat in enumeratione annorum, aliquantulum à noſtra diſſidente, & quibuſdam fictionibus: illis ſolitis; volentes terminum Mundi, vſque ad 6000. annorum limitare, vt refert Hieronymus tomo tertio, epiſt. 139. ad Cyprianum in medio, & Genebrardus in principio Chronicon, idque reprehendit Auguſtinus tomo quinto libro 18. de Ciuitate Dei cap. 53. cum Actorum primo referatur à Domino dictum eſſe Apoſtolis: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate*.

Non

Notatur methodus, & ratio ſeruata in ijs tabulis.

Non igitur de fine Mundi (Dei ſcientiæ reſeruato) ſed de initio (nobis per ſacras Scripturas oſtenſo) breui compendio, cum appoſitione ſacrorum locorum, & explicatione difficilium, & numeratione annorum, à die Mundi creati, & ab Adamo numeratis annis, vſque ad ſucceſſionem filiorum, vel ſucceſſorum in regnis, vel temporum, & rerum ſequentium, & cum punctuali computatione, & numeratione omnimoda, (quæ obſeruari quæſo attente à lectoribus) agendum eſt.

Anni ſecundum computationẽ antiquam, & ſacram Scripturam à creatione habuerunt ſemper, vt nunc, dies 365. & ſex horas, &c. duodecim-

Secundo notandum eſt, ſupponendo Deum creaſſe mundum de nouo : Geneſis primo : *In principio creauit Deus Cœlum, & terram, &c.* quod etſi (vt prædixi, ex Xenophonte, & Annio, in notatione præcedenti) apud ali-

cimque menſes ſimiles noſtræ præſenti computationi.

aliquas barbaras nationes, anni varie per quadrimeſtria, & apud Hebræos poſt exitum ab Aegypto, quoad feſta, non vſum communem, per lunationes (vt inquit Lyranus Danielis 9.) fuerint numerati, & accepti; ſed apud antiquos, & magis politicos, ſemper anni fuerunt ſimiles noſtris, in computatione, & correſpondentes curſui Solis proprio(per 12.menſes ſub 12. ſignis Zodiaci diſcurrẽtis ab Occidente in Oriens; & quotidie per motum raptus, à primo mobili ducti ab Oriente in Occidens, diurno motu viginti quatuor horarum, complentiſque ſic cyclum, ſeu annum duodecim menſium noſtrorum, (ex tercẽtum ſexaginta quinque diebus cum ſex horis, & quibuſdam minutis, ſecundum mathematicam cõputa-

putationem, conſtantem): Sicque annos computamus non lunares, neque alterius numerationis, ſed ſolares iuxta ſacras Scripturas: initium, & progreſſum Mundi enarrantes. Hoc autem primo conſtat, & probatur, ex locis, & diſcurſibus contentis in iſtis quinque Tabulis. Et ſecundò ex certis ſpecialibus oſtenſionibus ſacrarum Scripturarum. Nam Eccleſiaſtici 33. narratur, & numeratur dies, & annus ab initio creationis, etiam ab Hebręo ſacro auctore, per Solem, non per Lunam, neque aliter. Diciturque: *Quare dies diem ſuperat, & annus annum à Sole? à Domini ſcientia ſeparati ſunt facto Sole, & præceptum cuſtodiente, &c.* Inſuper Ioſue 10. & Iſaiæ 38. habetur ratio diei, & horarum eius ex correſpondentia ad Solem; & in nullo loco ſacræ Scripturæ numeratur dies lunaris, niſi ratione paſchatis, iuxta cap. 12. Exodi. Sed quod omnino rem conuincit, illud eſt: quod de prima conditione Mundi reperimus ſcriptum Geneſ. 1. *Dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento Cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint inſigna, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento Cæli, & illuminent terram, & factum eſt ita. Fecitq; Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei; luminare minus, vt præeſſet nocti, &c.*

Vbi

Vbi manifeſte ponitur ratio dierum à Sole ſumpta. Et ita quod prius dicitur: *ſint in tempora, & dies, & annos*: refertur ad Solem, quantum ad numerationem dierum, ex quibus annus conſtat, & ſi illuminatio noctis Lunæ tribuatur per lucem participatam à Sole. Ex quibus colligitur diem, & annum ab initio, & ex inſtitutione Dei fuiſſe ſolarem.

Sed omnino res iſta conuincitur, ex veritate ſacræ Scripturæ (cui ſubeſſe non poteſt falſum: cum dicat Paulus ad Hebræos 6. *Impoſsibile eſt mentiri Deum*. Et 2. ad Timoth. 3. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata*. Et 2. Petri 1. *Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines,*) Dicitur autem Geneſis cap. 7. de tempore diluuij, ac fine primę ætatis Mundi: *Anno ſexcenteſimo vitæ Noe menſe ſecundo, decimo ſeptimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſsi magnæ, & catharactę Cœli apertę ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. in articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, &c.* (& in fine capitis) *Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus*. Et cap. 8. *Reuerſæq; ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes, & cœperunt minui, poſt centum quinquaginta dies; requieuitque Arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die*

B *menſis*

menſis, ſuper montes Armeniæ: At vero aquæ ibant, & decreſcebant vſque ad decimum menſem: Decimo enim menſe, primo die menſis apparuerunt cacumina montium. Cumque tranſiſſent quadraginta dies, &c. expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, &c. expectauitque nihilominus ſeptem alios dies, & miſit Columbam, quæ non eſt reuerſa vltra ad eum: Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noe tectum Arcæ, aſpexit, viditq; quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ. Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis arefacta eſt terra, &c. (& cap. 9. in fine.) *vixit autem Noe poſt diluuium tercentis quinquaginta annis: & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum & quinquaginta annorum, & mortuus eſt.* Ex quo ſacro loco duo clarè colliguntur, noſtrum intentum oſtendentia: alterum eſt: tempore illo annum habuiſſe duodecim menſes, ſicut modo numeratur: quia dicitur per annum integrum, à menſe ſecundo anni ſexcenteſimi vitæ Noe, à die decima ſeptima menſis ſecundi ad 27. menſis ſecundi anni ſequentis ſexcenteſimi primi vitæ eius, duraſſe diluuium cum exſiccatione, & vixiſſe per annos nongentos quinquaginta, &c. Et ſimul menſes habuiſſe, eoſdem dies, vt nunc. Ex quibus colligitur alterum præcipuum noſtri intenti

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

falsū est. erat enim mēses tunc triginta dierū solis? lunares perfecti: ut S. Augustinus dicit, et patet ex scriptura, quae dicit Gen. 7. diluviū cepisse mense secundo, die 17. mensis. et requievisse arcā super montes Armenie mense septimo, die 27. mensis, cū aquae obtinuissent terrā centū quinquaginta diebus. hoc autē summa facit precise quinq mēses, quorū [illegible] habeat triginta dies: et decem dies amplius.

tenti fundamentum : ſcilicet menſes à principio mundi numeratos fuiſſe, ſicut modò per curſum Solis, & cum eiſdem diebus, reddentibus annum prædictorum dierum tercentorum ſexaginta quinque, & ſex horarum : atque ideò continere ſingulos menſes alternatim triginta vnum, & triginta dies : excepto Februario, viginti octo dierum, in principio, & in vnoquoque quarto anno Biſſextili viginti nouem, & Iulio, & Auguſto triginta vnius : quia vt viſum eſt dicto capitulo ſeptimo, & octauo Geneſis, numerantur dies diluuij à decima ſeptima menſis ſecundi, ad vigeſimam ſeptimam ſeptimi, centũ quinquaginta, & decem diminutionis : ſcilicet centum ſexaginta. qui dierũ numerus correſpondet noſtris menſibus à die decima ſeptima Octobris ad vigeſimã ſeptimã Martij excluſiuè, qui reſtant centum ſexaginta. Vnde cum ſacer textus nominat primum extremum 17. menſis ſecundi intelligit Octobrem, & cum nominat, 27. menſis ſeptimi, intelligit Martium, nam infra oſtendetur primum menſem mundi creati fuiſſe Septembrem. & rurſus ſi numeremus menſes alios ponendo primum Martium, iuxta computationem Iudæorum, reſtarent plures dies, quàm dicit ſacra Scriptura, in qua

tamen falſitas eſſe non poteſt: eſſentque à decima ſeptima Aprilis ad vigeſimã ſeptimã Septembris centum ſexaginta ſeptem dies incluſiuè, & centum ſexaginta quinque excluſiuè: quomodo excluſiuè debent ſumi prędicti menſes à decima ſeptima ſecundi,ad vigeſimã ſeptimam ſeptimi, iuxta ſacram Literã ibi, quia dicitur in primo die pluuiam incœpiſſe, & ingreſſum fuiſſe Noè in Arcam; & ita nondum erat inundatio in principio. Et de vltimo die dicitur eo die requieuiſſe Arcam, & ita dies præcedens rigoroſior fuit, & quaſi in rigore diluuij numeratur,non ſequens: Neque etiam poteſt intelligi ſemeſtre illud diluuij de menſibus minoribus Lunæ, quia non verificaretur numerus ille maior ſacræ Scripturæ: ergo verum,& indubitabile eſt,quod diximus initio mundi numeratos fuiſſe annos, & menſes tot dierum, quot modo numerantur, quod etiam patet Leuitici 23. & alibi in ſacra Scriptura:& maximè Eſther 2. *Menſis duodecimus vertebatur*. 4. Reg. 25. *Menſe decimo,&c. menſe duodecimo vigeſima ſeptima die menſis ſubleuauit Euilmerodach Rex Babylonis, anno, quo regnare cæperat, caput Ioachin Regis Iuda de carcere*. quod conſtat numeratione ſequenti, per ſupradicta.

A prin-

A principio diluuij decima ſeptima menſis ſecundi, ad quietem Arcæ, vigeſima ſeptima menſis ſeptimi excluſiuè, iuxta Geneſis 7. & 8. interfuere menſes ſex, & decem dies ab Octobris decimo octauo, ad Martij vigeſimum ſeptimum, ſcilicet centum ſexaginta dies.

14. Octobris.
30. Nouembris.
31. Decembris.
31. Ianuarij.
28. Februarij.
26. Martij.

160. dies.

Et integratur annus a diebus vltimis Martij.

5. Martij.
30. Aprilis.
31. Maij.
30. Iunij.
31. Iulij.
31. Auguſti.
30. Septembris.
17. Octobris.

205

365. dies totius anni, &c.

Con-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Conſtat ergo annum illo primo tempore fuiſſe eiuſdem quantitatis, vt in præſenti.

Item conſtat primum menſem fuiſſe Septẽbrem, & non Martium in initio mundi: quia aliter non verificarentur dicti centum ſexaginta dies, ſed quinque plus excluſiuè, & ſeptem incluſiuè, à 17. Aprilis, ad 27. Septembris, qui faciunt dies 167. ſcilicet,

17. Aprilis.
31. Maij.
30. Iunij.
31. Iulij.
31. Auguſti.
27. Septembris.

167. vel excluſiuè
165.

Non ergo conſonat S. Scripturæ dicentium opinio à Martio eſſe initiũ mundi. Et ſi ſit feſtorum, & anni Iudæorum, pro illis, ſecundum Exodi 12. Num. 9. Caput. Neque perturbare debet longinquitas ætatum priorum Patrũ, vt numerantur in ſequentibus Tabulis, ex quo argumento aliquis poſſet cogitare annos illos fuiſſe pauciorum menſium, & dierum, quàm noſtri ſunt. Sed aduertatur in prioribus ætatibus longitudinem proueniſſe per volunta-

luntatem diuinã, & ex integritate naturæ, & elementorum, ac ciborum, quorum omnium paulatim vires commixtionibus contrariorum extenuatæ ſunt, & ſic ætates breuiores fiunt, vt colligitur ex Iacobo Geneſis 47. *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, pauci, & mali; & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum, &c.*

Et ex Dauide Pſalmo 89. *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni; ſi autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.*

Et Eccleſiaſtici 18. *Numerus dierum hominum, vt multum centum anni, &c.*

Et ita Lyranus Danielis 9. vt in ſacra Scriptura peritiſſimus, & ex Hebræis antiquis traditionem potiorem probans, affirmat, ſecundum ſacras Scripturas annum Solarem, non Lunarem, neque minorem intelligi debere, & contrarium tenentes ſubnotat ignorantiæ.

Tertio

In menſe Septébri factum eſſe Mundum, circa ęquinoctium hiemale: Sole exiſtente ſub ſigno Libræ in principio.

Tertio ex dictis aduertendum eſt initium Mundi fuiſſe circa æquinoctium hiemale, Sole exiſtente ſub Libra; ideſt Septembri nuncupato menſe; rebuſque creatis cũ perfectione,& fructu, vt contingit eo menſe; ex elementorum, & cœlorum influentia, & prouidẽtia diuina. Quod quidem probatur primo ex ſacris Scripturis manifeſtè. Geneſis 1. de prima conditione Mundi: *Protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem, ſecundum ſpeciem ſuam, &c.* Vbi ex littera, & Patribus conſtat, creata eſſe omnia, cum perfectione fructuum, & ſeminibus, ꝙ de diſpoſitione ſolita men-

menſe Septẽbri debet intelligi, & ita Geneſis 3. poma perfecta eſſe narrantur in illo principio, ex quibus occaſio fuit primi peccati. Inſuper per hunc modum incœpit annus ſequens cum ordinata temporum, & cœlorum conueniẽtia, & plenitudine, vt depingitur c. 8. Gen. *cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas, & hiems, nox, & dies, non requieſcent.* Ea autem perfectio operum conuenit Deo perfectiſſimo, & ordinato, de quo dicitur Deuteronom. 32. *Dei perfecta ſunt opera.* Et Sapientiæ 11. *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Secundo autem manifeſte conuincimur, ſecundum fidem ſacræ Scripturæ, ſic dicendum eſſe: ne videatur aliter negari (quod abſit) vt in præcedenti notatione diximus: Nam dicto loco Geneſis 7. dicitur: *Menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi, &c.* (& in fine) *Obtinueruntque aquæ terram, centum quinquaginta diebus.* & c. 8. *Reuerſæ ſunt aquæ euntes & redeuntes, & cœperunt minui, poſt centum quinquaginta dies. Requieuitque arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ.* Vbi notetur loqui excluſiuè à die decima ſeptima menſis ſecundi, in quo dicitur eſſe ruptos fontes, & poſt illum duraſſe rigo-

putationem , conſtantem) Sicque annos computamus non lunares , neque alterius numerationis , ſed ſolares iuxta ſacras Scripturas : initium , & progreſſum Mundi enarrantes . Hoc autem primo conſtat , & probatur , ex locis , & diſcurſibus contentis in iſtis quinque Tabulis . Et ſecundo ex certis ſpecialibus oſtenſionibus ſacrarum Scripturarum . Nam Eccleſiaſtici 33. narratur , & numeratur dies , & annus ab initio creationis , etiam ab Hebręo ſacro auctore , per Solem , non per Lunam , neque aliter . Diciturque : *Quare dies diem ſuperat , & annus annum à Sole ? à Domini ſcientia ſeparati ſunt facto Sole , & præceptum cuſtodiente , &c.* Inſuper Ioſue 10. & Iſaiæ 38. habetur ratio diei , & horarum eius ex correſpondentia ad Solem ; & in nullo loco ſacræ Scripturæ numeratur dies lunaris , niſi ratione paſchatis , iuxta cap. 12. Exodi . Sed quod omnino rem conuincit , illud eſt : quod de prima conditione Mundi reperimus ſcriptum Geneſ. 1. *Dixit autem Deus , fiant luminaria in firmamento Cœli , & diuidant diem , ac noctem , & ſint inſigna , & tempora , & dies , & annos , vt luceant in firmamento Cœli , & illuminent terram , & factum eſt ita . Fecitq; Deus duo luminaria magna : luminare maius , vt præeſſet diei ; luminare minus , vt præeſſet nocti , &c.*

Vbi

Vbi manifeſte ponitur ratio dierum à Sole ſumpta. Et ita quod prius dicitur: *ſint in tempora, & dies, & annos*: refertur ad Solem, quantum ad numerationem dierum, ex quibus annus conſtat, & ſi illuminatio noctis Lunæ tribuatur per lucem participatam à Sole. Ex quibus colligitur diem, & annum ab initio, & ex inſtitutione Dei fuiſſe ſolarem.

Sed omnino res iſta conuincitur, ex veritate ſacræ Scripturæ (cui ſubeſſe non poteſt falſum: cum dicat Paulus ad Hebræos 6. *Impoſsibile eſt mentiri Deum*. Et 2. ad Timoth. 3. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata*. Et 2. Petri 1. *Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines*,) Dicitur autem Geneſis cap. 7. de tempore diluuij, ac fine primę ætatis Mundi: *Anno ſexcenteſimo vitæ Noe menſe ſecundo, decimo ſeptimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſsi magnæ, & catharactę Cœli apertę ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. in articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, &c.* (& in fine capitis) *Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus*. Et cap. 8. *Reuerſæq; ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes, & cœperunt minui, poſt centum quinquaginta dies; requieuitque Arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die*

menſis, ſuper montes Armeniæ: At vero aquæ ibant, & decreſcebant vſque ad decimum menſem: Decimo enim menſe, primo die menſis apparuerunt cacumina montium. Cumque tranſiſſent quadraginta dies, &c. expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, &c. expectauitque nihilominus ſeptem alios dies, & miſit Columbam, quæ non eſt reuerſa vltra ad eum. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noe tectum Arcæ, aſpexit, viditq; quod exſiccata eſſet ſuperficies terræ. Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis arefacta eſt terra, &c. (& cap. 9. in fine.) *vixit autem Noe poſt diluuium tercentis quinquaginta annis: & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum & quinquaginta annorum, & mortuus eſt.* Ex quo ſacro loco duo clarè colliguntur, noſtrum intentum oſtendentia: alterum eſt: tempore illo annum habuiſſe duodecim menſes, ſicut modo numeratur: quia dicitur per annum integrum, à menſe ſecundo anni ſexcenteſimi vitæ Noe, à die decima ſeptima menſis ſecundi ad 27. menſis ſecundi anni ſequentis ſexcenteſimi primi vitæ eius, duraſſe diluuium cum exſiccatione, & vixiſſe per annos nongentos quinquaginta, &c. Et ſimul menſes habuiſſe, eoſdem dies, vt nunc. Ex quibus colligitur alterum præcipuum noſtri in-

tenti

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

falsū est. unū enim mensis triginta dierum lunaris perfecti: ut et Augustinus dicit,
et patet ex scriptura, quae dicit Gen. 7. diluuium cepisse mense secundo, die 17. mensis. et requieuisse arcā super montes Armeniae mense septimo die 27. mensis, cū aquae obtinuissent terrā centū quinquaginta diebus. hoc autē summa facit praecise quinque menses quorū quilibet habeat triginta dies: et decem dies amplius.

tenti fundamentum : ſcilicet menſes à principio mundi numeratos fuiſſe, ſicut modò per curſum Solis, & cum eiſdem diebus, reddentibus annum prædictorum dierum tercentorum ſexaginta quinque, & ſex horarum : atque ideò continere ſingulos menſes alternatim triginta vnum, & triginta dies : excepto Februario, viginti octo dierum, in principio, & in vnoquoque quarto anno Biſſextili viginti nouem, & Iulio, & Auguſto triginta vnius : quia vt viſum eſt dicto capitulo ſeptimo, & octauo Geneſis, numerantur dies diluuij à decima ſeptima menſis ſecundi, ad vigeſimam ſeptimam ſeptimi, centū quinquaginta, & decem diminutionis : ſcilicet centum ſexaginta. qui dierū numerus correſpondet noſtris menſibus à die decima ſeptima Octobris ad vigeſimā ſeptimā Martij excluſiuè, qui reſtant centum ſexaginta. Vnde cum ſacer textus nominat primum extremum 17. menſis ſecundi intelligit Octobrem, & cum nominat, 27. menſis ſeptimi, intelligit Martium, nam infra oſtendetur primum menſem mundi creati fuiſſe Septembrem. & rurſus ſi numeremus menſes alios ponendo primum Martium, iuxta computationem Iudæorum, reſtarent plures dies, quàm dicit ſacra Scriptura, in qua

tamen falſitas eſſe non poteſt: eſſentque à decima ſeptima Aprilis ad vigeſimã ſeptimã Septembris centum ſexaginta ſeptem dies incluſiuè, & centum ſexaginta quinque excluſiuè: quomodo excluſiuè debent ſumi prędicti menſes à decima ſeptima ſecundi, ad vigeſimã ſeptimam ſeptimi, iuxta ſacram Literã ibi, quia dicitur in primo die pluuiam incœpiſſe, & ingreſſum fuiſſe Noè in Arcam; & ita nondum erat inundatio in principio. Et de vltimo die dicitur eo die requieuiſſe Arcam, & ita dies præcedens rigoroſior fuit, & quaſi in rigore diluuij numeratur, non ſequens: Neque etiam poteſt intelligi ſemeſtre illud diluuij de menſibus minoribus Lunæ, quia non verificaretur numerus ille maior ſacræ Scripturæ: ergo verum, & indubitabile eſt, quod diximus initio mundi numeratos fuiſſe annos, & menſes tot dierum, quot modo numerantur, quod etiam patet Leuitici 23. & alibi in ſacra Scriptura: & maximè Eſther 2. *Menſis duodecimus vertebatur*. 4. Reg. 25. *Menſe decimo, &c. menſe duodecimo vigeſima ſeptima die menſis ſubleuauit Euilmerodach Rex Babylonis, anno, quo regnare cæperat, caput Ioachin Regis Iuda de carcere*. quod conſtat numeratione ſequenti, per ſupradicta.

A prin-

A principio diluuij decima ſeptima menſis ſecundi, ad quietem Arcæ, vigeſima ſeptima menſis ſeptimi excluſiuè, iuxta Geneſis 7. & 8. interfuere menſes ſex, & decem dies ab Octobris decimo octauo, ad Martij vigeſimum ſeptimum, ſcilicet centum ſexaginta dies.

14. Octobris.
30. Nouembris.
31. Decembris.
31. Ianuarij.
28. Februarij.
26. Martij.

160. dies.

Et integratur annus a diebus vltimis Martij.

5. Martij.
30. Aprilis.
31. Maij.
30. Iunij.
31. Iulij.
31. Augusti.
30. Septembris.
17. Octobris.

205

365. dies totius anni, &c.

Con-

imo mēses quinq; et dies decem. et patet ex hac tabula. nā Nouembr Decembr januarius et februarius sunt 4or meses integri. october et martius nō sunt integri, sed faciunt unū mēse et decē dies.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Conſtat ergo annum illo primo tempore fuiſſe eiuſdem quantitatis, vt in præſenti.

Item conſtat primum menſem fuiſſe Septẽbrem, & non Martium in initio mundi: quia aliter non verificarentur dicti centum ſexaginta dies, ſed quinque plus excluſiuè, & ſeptem incluſiuè, à 17. Aprilis, ad 27. Septembris, qui faciunt dies 167. ſcilicet,

17. Aprilis.
31. Maij.
30. Iunij.
31. Iulij.
31. Auguſti.
27. Septembris.

167. vel excluſiuè
165.

Non ergo conſonat S. Scripturæ dicentium opinio à Martio eſſe initiũ mundi. Et ſi ſit feſtorum, & anni Iudæorum, pro illis, ſecundum Exodi 12. Num. 9. Caput. Neque perturbare debet longinquitas ætatum priorum Patrũ, vt numerantur in ſequentibus Tabulis, ex quo argumento aliquis poſſet cogitare annos illos fuiſſe pauciorum menſium, & dierum, quàm noſtri ſunt. Sed aduertatur in prioribus ætatibus longitudinem proueniſſe per volunta-

luntatem diuinã, & ex integritate naturæ, & elementorum, ac ciborum, quorum omnium paulatim vires commixtionibus contrariorum extenuatæ ſunt, & ſic ætates breuiores fiunt, vt colligitur ex Iacobo Geneſis 47. *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, pauci, & mali; & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum, &c.*

Et ex Dauide Pſalmo 89. *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni; ſi autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.*

Et Eccleſiaſtici 18. *Numerus dierum hominum, vt multum centum anni, &c.*

Et ita Lyranus Danielis 9. vt in ſacra Scriptura peritiſſimus, & ex Hebræis antiquis traditionem potiorem probans, affirmat, ſecundum ſacras Scripturas annum Solarem, non Lunarem, neque minorem intelligi debere, & contrarium tenentes ſubnotat ignorantiæ.

Tertio

In menſe Septẽbri factum eſſe Mundum, circa ęquinoctium hiemale: Sole exiſtente ſub ſigno Libræ in principio.

Tertio ex dictis aduertendum eſt initium Mundi fuiſſe circa æquinoctium hiemale, Sole exiſtente ſub Libra; id eſt Septembri nuncupato menſe; rebuſque creatis cũ perfectione,& fructu, vt contingit eo menſe; ex elementorum, & cœlorum influentia, & prouidẽtia diuina. Quod quidem probatur primo ex ſacris Scripturis manifeſtè. Geneſis 1. de prima conditione Mundi: *Protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem, ſecundum ſpeciem ſuam, &c.* Vbi ex littera, & Patribus conſtat, creata eſſe omnia, cum perfectione fructuum, & ſeminibus, ꝙ de diſpoſitione ſolita

men-

menſe Septẽbri debet intelligi, & ita Geneſis 3. poma perfecta eſſe narrantur in illo principio, ex quibus occaſio fuit primi peccati. Inſuper per hunc modum incœpit annus ſequens cum ordinata temporum, & cœlorum conueniẽtia, & plenitudine, vt depingitur c. 8. Gen. *cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis, frigus, & æſtus, æſtas, & hiems, nox, & dies, non requieſcent.* Ea autem perfectio operum conuenit Deo perfectiſſimo, & ordinato, de quo dicitur Deuteronom. 32. *Dei perfecta ſunt opera.* Et Sapientię 11. *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Secundo autem manifeſte conuincimur, ſecundum fidem ſacræ Scripturæ, ſic dicendum eſſe; ne videatur aliter negari (quod abſit) vt in præcedenti notatione diximus: Nam dicto loco Geneſis 7. dicitur: *Menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi, &c.* (& in fine) *Obtinueruntque aquæ terram, centum quinquaginta diebus.* & c. 8. *Reuerſæ ſunt aquæ euntes & redeuntes, & cœperunt minui, poſt centum quinquaginta dies. Requieuitque arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ.* Vbi notetur loqui excluſiuè à die decima ſeptima menſis ſecundi, in quo dicitur eſſe ruptos fontes, & poſt illum duraſſe rigo-

rem diluuij , & aquarum creſcentium , per centum quinquaginta dies , & poſt illos cœpiſſe minui : ſcilicet poſt diem 16. menſis ſeptimi , & poſt alios decem , in die 27. menſis ſeptimi , requieuiſſe Arcam , diminutis iam multùm aquis , vt in ſacro textu dicitur. Ex quo colligitur manifeſte ſecundum menſem , numerari Octobrem : & ſeptimum Martium : quia aliter non verificatur numeratio dierum intermediorum excluſiuè , à decima ſeptima die menſis ſecundi, ad vigeſimam ſeptimam excluſiuè menſis ſeptimi , niſi ponatur menſis ſecundus October,& ſeptimus Martius : quia illi dies centum ſexaginta ſunt ijdem noſtrorum menſium , à decima ſeptima excluſiuè Octobris , ad vigeſimam ſextam Martij , & poſitis alijs menſibus quibuſcumque , non verificatur eadem numeratio , vt patet intuenti numerationem poſitam in notatione præcedenti . itaque aliter daretur falſitas impoſſibilis in ſacra Scriptura . Vnde ſequitur primum menſem anni fuiſſe Septembrem , ſiquidem ſic numeratur in relatione primæ ætatis Mundi , & temporis Noè , in quo erat nota , & non nimis elongata conditio Mundi . in quo (vt dixi) ſequor vulgatam æditionem ſacræ Scripturæ approbatam per Tridentinum Concilium

cilium ſeſſione quarta.

Denique huius ſententiæ noſtræ prius fuerunt graues antiqui Doctores, Beda tomo 4. cap. 1. Exameron, & Cœlius Rodiginus primo libro antiquitatum cap. 9. & alij, & Lyra Geneſis ſeptimo in medio commenti, & Exodi 12. expreſſe dicens, ſecundum veritatem, & ſecundum Hebræos primum menſem Mundi eſſe Septembrem, & ſi ibi, & Danielis 9. dicat quoad ſolemnitatem Paſchæ primum menſem apud Hebræos nominari Martium, & ſolum inter illos, ex præcepto Domini Exodi 12. Leuit. 23. & Num. 9. & ex modernis Pererius Geneſis 1. ad finem ſic ſenſit, Quamuis fatear contrarium tenuiſſe grauiſſimos Patres: ſanctum Athanaſium quæſtione 13. ad Antiochum, & Chryſoſtomum tomo 2. homilia 1. in Luc. & Auguſtinum tomo 4. lib. q q. ex nouo teſtamento quæſtione 55. Hectorem Pintum Ezechielis primo, & Ioannem Lucidum de emendatione temporum lib. 1. cap. 2. quod primus menſis Mundi fuerit Martius: propter correſpondentiam ad redemptionem, &c. Quod vero annus variæ nominatis menſibus, variè fuerit numeratus à varijs: incipiendo à Martio à Iudæis, propter feſta, & à Græcis, & Latinis à Ianuario,

non pertinet ad incœptionem conditionis primæ, ſed ad numerationem in illis prouincijs: De initio autem ſic eſt dicendum: & cæteris prȩferendæ ſunt ſacrȩ Scripturæ: etiam ſi ab aliquibus non fuerint omnia animaduerſa: quod mirandũm non eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TABVLA II. DE ANNIS MVNDI, ET SVCCESSIONIBVS Ex Sacris Scripturis.

AVCTORE IOANNE DE ROA DAVILA Theologo Doctore, Priore S. Ioannis De Cauero, Ord. Can. Reg. S. Auguſtini.

AB ADAMO PRIMO PARENTE Ad Iacobi ingreſſum in Aegyptum.

Prima ætas mundi, & Patres, quorum ſucceſſione cõtinua duratio mundi connectitur.

NOtandum eſt primo Patrum præcipuorũ ſeriem, ſiue parentum, vſque ad filiorum natiuitatem, ſiue ſucceſſorum aduentum, ac rerum occurrentium continuam coordinationem, connectere

ctere ætatem Mundi, & enumerationem annorũ eius, quam ego non tam ex hiſtorijs, quàm ex ſacrarum Scripturarum teſtimonijs exprimam, & proponam: à primo parente incipiendo. Primus autem numerus ſucceſſionem continuam. Secundus tempus ætatis notat.

Primus parens Adam, ante ſucceſſorem Seth, habuit annos

130. *vixit* 930

De primo parẽte, præter Geneſis librum, ſcriptum eſt Actorum c. 17. *Deus qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo ſunt, &c. fecit ex vno omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ; definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum: quærere Deum, ſi forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longe ſit ab vnoquoque noſtrum: In ipſo enim viuimus,*

mus, mouemur, & ſumus; Et Geneſis 5. *Hic eſt liber Generationis Adam in die, quo creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem Dei fecit illum, maſculum, & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam in die, quo creati ſunt: Vixit autem Adam centum triginta annis; & genuit imaginem, & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth; & facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni, genuitque filios, & filias; & factum eſt omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt.* (ut autem intelligatur cauſa: quare priores filij Adam non computentur in ordine ſucceſſionis patrum, propter infeſtam mortem Abelis, per Cainum, attendantur verba c.4.) *Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam, & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth dicens: poſuit mihi Deus ſemen aliud, pro Abel quem occidit Cain.*

Gene-

Seth	105	912	Geneſis 5. *Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixit Seth, poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitque filios, & filias, & facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt.*
Enos	90	905	Geneſis 4. *Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Et cap. 5. *Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan, poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios, & filias, factique ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt.*
Cainan	70	910	Geneſis 5. *vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel, & vixit Cainan, poſtquam genuit Ma-*

			Malaleel, octingentis quadraginta annis, & genuit filios, & filias; & facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus eſt.
Malaleel	65	895	Geneſis 5. *Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared; & vixit Malaleel, poſtquam genuit Iared octingentis triginta annis, & genuit filios, & filias, & facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt.*
Iared	162	962	Geneſis 5. *Vixit Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch, & vixit Iared, poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios, & filias; & facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexaginta*

 ginta

ginta duo anni, & mortuus eſt.

Henoch 65 365 Geneſis 5. *Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam, & ambulauit Henoch cum Deo; & vixit Henoch poſtquam genuit Mathuſalam, tercentis annis, & genuit filios, & filias, & facti ſunt omnes dies Henoch tercenti ſexaginta quinque anni, ambulauitq; cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus.*

Mathuſala 187 969 Geneſis 5. *Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech, & vixit Mathuſala, poſt quam genuit Lamech, ſeptimgentis octoginta duobus annis, & genuit filios, & filias, & facti ſunt omnes dies Mathu-*

thuſala nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt.

Vbi aduertatur iſtum vixiſſe toto anno ipſo diluuij q̃ infra ponitur anno mũdi 1656. ad quẽ accedũt anni ętatis iſtius 969 qui natus eſt anno mũdi 687. ſicut perdurat Henoch, vt ſupra, per extraordinariã Dei prouidentiã in aliquo loco, vt ait Aug. to. 7. lib. 2. de gratia Chriſti c. 23. etſi to. 4. lib. 1. de qq. in Gen. q. 2. varietatem translationum notet: ſed tamen cum Vulgata neceſſe eſt dicere duraſſe anno diluuij: quia includitur eius vltimus annus in eo.

S. Augustinus lib. 15. de ciuit. Dei cap. 11. certum est, inquit, nõ vixisse Mathusalem post diluuium, sed eodẽ anno fuisse defunctum [illegible] hoc illi. si eodẽ anno decessit [illegible] ergo nõ vixit toto illo anno.

[illegible] sine dubio in principio diluuij, ut S. Hieronymus indicat in quaest. in Genesim. neque enim necesse est ut annus 969. vitae Mathusalem incipiat cũ principio anni 1616. et finiat cũ fine huius anni. sed satis est, quod finis anni 969. coincidat cũ principio anni 1616. et temerarie est dicere, Mathusale vixisse toto anno diluuij extra arcã. cũ scriptura dicat, omnes mortuos esse. Nec est eadẽ ratio de Henoch, quẽ transtulit Deus, et conservavit, ut ipsa scriptura docet.

Lamech	182	777	Geneſis 5. *Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium, vocauitque nomen eius Noë*

dicens: Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus; vixitq; Lamech, poſtquam genuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios, & filias; & facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt.

Noë 500 950 Geneſis 5. *Noë vero cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham, & Iapheth.* Et cap. 6. *Noë vero inuenit gratiam coram Domino, &c. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, &c. Dixit ad Noë, &c. Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter Cælum, & vniuerſa, quæ in terra ſunt*

ſunt, conſumentur, ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris Arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum; & ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum; maſculini ſexus, & fœminini, &c. & cap. 9. *Benedixitque Deus Noë, & filijs eius, & dixit ad eos: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, &c.*

Et cap. 7. *Fecit ergo Noë omnia, quæ mandauerat ei Dominus, eratque ſexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerant ſuper terram; vixit autem Noë poſt diluuium, tercentis quinquaginta annis, & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt.*

(Dicitur autem nongentorum quinquaginta annorum, ſcilicet completorum, præter alium incœptum annum, quia iis ſacris locis conſtat Noè finito diluuio exijſſe ab arca anno ſexcenteſimo primo ætatis ſuæ, & poſt diluuium vixiſſe alijs tercentis quinquaginta annis, poſt 100. annum filij, vt ex Geneſ. 8. & 9. patet: hoc autem tempore diluuium extinxiſſe homines reliquos, præter familiam Noè conſtat prædictis locis; finitum autem dicitur anno ſexcenteſimo primo vitę Noè Gen. 8. *Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis imminutæ ſunt aquæ, &c.*

Ubi est ille alius inchoatus annus? nam post sexcentos annos completos, numerantur nonaginta quinquaginta anni inchoati anno sexcentesimo primo, mense primo, et die primo, ut scriptura loquitur Gen. 8. ergo ad liquidum anni vitae Noe sunt 950.

Geneſis

Sem	100	600	Geneſis 11. *Hæ ſunt Generationes Sem. Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio poſt diluuium; vixitque Sem, poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis, & genuit filios, & filias.*

Tunc diluuium anno mundi 1656.	(Noè tempore, poſt centeſimum annum Sem, extitit diluuium, per ſupradicta ſacra teſtimonia, & per hoc declaratur poſt centeſimum annum, Sem genuiſſe ſucceſſorē biennio, poſt diluuium: quod finitum eſſe dicitur ſexcenteſimo primo anno Noè, & centeſimo primo Sem. lib. Geneſ. à c. 5. ad 8.) Vnde ex ſupradictis conſtat fuiſſe diluuium anno mundi 1656.

Hunc

Hunc Sem, ex traditione priſcorum Hebræorũ (inquit ſanctus Hieronymus epiſtola 126. ad Euagrium tomo ſecũdo) fuiſſe Melchiſedech, de quo ſcribitur Geneſis 14. & Hebræorum 7. per Paulum, fuiſſe Regem Salem, & Sacerdotem Dei altiſſimi, & benedixiſſe Abrahæ: eo quod fuit primo genitus Noè: & Sacerdotium, & Principatus ſpectabat ad primogenitos antiquitus. Et quia figurabat Chriſtum Dominum Regem, & Sacerdotem, ſecundum ordinem Melchiſedech pſal. 109. non ſecundum Aaron, iuxta Paulum ad Hebræos 7. & 10. dicitur ſuperior Abrahæ, ex quo legis cultores futuri erant, quæ inferior legi gratiæ, & æterno Regno Chriſti, iuxta Lucæ 1. eſt, Et ob id ex Dei prouidentia diſceſſit à Babylonica rebellione. Geneſis 11. ad terram Chanaam: Vbi naſciturus erat Chriſtus, & fuit Rex Salem, vel Salim, non Ieruſalem, vt notat Hieronymus; Et ſuperuixit nono ſuo Nepoti Abrahæ 35. annis, vt ex hac Tabula patet.

Gene-

Secũda ætas mundi,			Geneſis 11. *Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale; vixitq. Arphaxad, poſtquam genuit Sale, tercentis tribus annis, & genuit filios, & filias.*
Arphaxad	35	338	
Sale	30	433	Geneſis 11. *Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber: vixitq. Sale, poſtquam genuit Heber, quadringentis tribus annis, & genuit filios, & filias.*
Heber	34	464	Geneſis 11. *Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg; & vixit Heber, poſtquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis, & genuit filios, & filias.*
Phaleg	30	239	Geneſis 11. *Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu; vixitque Phaleg, poſtquam genuit Reu, du-*

Hic deest Cainan quem habemus apud Lucam cap. 3. et in editione 70. interpretum gen. 11. Itaque in ista tabula referri debent triginta anni. tot enim Cainan vixit cum genuerit Sale. Proinde tabula falsa est.

			ducentis nouem annis, & genuit filios, & filias.
Poſt confuſionem Babyloniæ: tunc diuiſio gentium mundi anno 1785.			Huius tempore facta eſt diuiſio Prouinciarũ, poſt confuſionem Babylonicam, iuxta Geneſis 10. & 11. & 1. Paralipom. 1. *In diebus eius diuiſa eſt terra.*
Reu	32	239	Geneſis 11. *Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug: vixit quoque Reu, poſtquam genuit Sarug, ducentis ſeptem annis, & genuit filios, & filias.*
Sarug	30	230	Geneſis 11. *Vixit autem Sarug triginta annis, & genuit Nachor; vixitque Sarug, poſtquam genuit Nachor, ducentis annis, & genuit filios, & filias.*
Nachor	29	148	Geneſis 11. *Vixit autem Nachor viginti nouem annis,*

			& genuit Thare; vixitque Nachor, poſtquam genuit Thare, centum decem & nouem annis, & genuit filios, & filias.
Thare	79	205	Geneſis 11. *Vixit Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Loth, mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in Vr Caldæorum. Duxerunt autem Abram, & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai, & nomen vxoris Nachor Melcha filia Aran Patris Melchæ, & Patris Ieſchæ. Erat autem Sarai ſterilis, nec habeat liberos, tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Loth filium Aran filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorem Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr Caldæorum, vt irent in*

terram

terram Chanaan, veneruntque vſque ad Haran, & habitauerunt ibi; & facti ſunt dies Thare, ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

Abraham 100	175	De Abrahamo (ad quem promiſſiones Chriſti factæ ſunt, & à quo Iſraeliticus populus originem duxit, & cui Circumciſionis mandatum à Deo impoſitum eſt, in ſignum peculiaris populi Dei, ad Circumciſionem Cordis obligati) habetur in ſacra Scriptura ſermo frequens; præcipuè in Epiſtola Pauli ad Romanos, & Geneſ. à c. 12. & de eius ætate, & ortu Iſaac (à quo, & non ab Iſmael temporum, & ſucceſſionis ratio, vſque ad Chri-

Chriſtum Dominum ſumitur, mentio fit in ſacris teſtimonijs ſequentibus) Geneſis 17. *Poſtquam vero nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum; Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus, ponamq. fœdus meum inter me, & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem; dixitq. ei Deus: Ego ſum, & ponam pactum meum tecum, eriſque Pater multarum gentium, nec vltra vocabitur nomen tuum Abram; ſed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te; faciamque te creſcere vehementiſſime, & ponam te in gentibus, regeſq. ex te egredientur, &c. Pactum vero meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto, in anno altero; cumque finitus eſſet ſermo loquentis cum eo, aſcendit Deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, vniuerſoſq; quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ, & circumcidit carnem præputij eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta & nouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij ſui, &c.* Et cap. 21. *Viſitauit autem Dominus Saram, ſicut promiſerat, & impleuit, quæ locutus eſt, concepitq; & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus, vocauitque Abraham nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac, & circumcidit eum octauo die, ſicut præceperat ei Deus, cum centum eſſet annorum.*

Ia

Ea quippe ętate patris natus eſt Iſaac. Et cap. 25. *Fuerunt autem dies Abrahæ centum ſeptuaginta quinque anni, & deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, &c.*

Iſaac **60** **180** Geneſis 25. *Hæ quoque ſunt generationes* Iſaac, *filij Abrahã: Abrahã genuit Iſaac, qui cum quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Siri, de Meſopotamia ſororem Labam; deprecatuſque eſt* Iſaac *Dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis, qui exaudiuit eum, & dedit cõceptum Rebeccæ, &c. ſexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt ei paruuli: quibus adultis, factus eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola; Iacob autem vir ſimplex, habitabat in tabernaculis, &c.* Et cap. 35. *Et completi ſunt dies*

Iſaac

Iſaac centum octoginta annorum, conſumptuſque ætate, mortuus eſt, & appoſitus eſt populo ſuo ſenex, & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau, & Iacob filij ſui.

Iacob 130 147 De Iacob ſermo habetur in Geneſi à cap. 25. & cap. 28. dicitur: *Vocauitque Iſaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, ſed vade, & proficiſcere in Meſopotamiam Siriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe inde tibi vxorẽ de filiabus Labã auunculi tui; Deus autem omnipotens benedicat tibi, & creſcere te faciat, atque multiplicet, vt ſis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te, vt poſſideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus eſt auo tuo, &c.* (Et licet annorũ Iacob vſque

vſque ad primum filium, nō habeatur plena ratio, ſed pro eis ad cōtinuatio-nē temporū, numeramus tēpus ingreſſus in Aegyptum, & annos eius per ſequentia teſtimonia) c. 46.Gen. *Hæc ſunt autem nomina filiorū Iſrael, qui ingreſſi ſunt in Aegyptū, ipſe cum liberis ſuis, &c. Omnes animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptum, & egreſſæ ſunt de fæmore illius, abſque vxoribus filiorum eius ſexaginta ſex, &c.* (De alijs autē adiunctis, fit mētio ibi, & Act. 7.) & c. 47. annos fatetur Iacob vitæ ſuæ tēpore ingreſſus in Aegyptū, dicens: *Dies peregrinationis vitæ meæ centū triginta annorū ſunt, parui, & mali, & non peruenerunt vſque ad dies Patrum meorum, quibus peregrinati ſunt* (in fine vero anni vitæ eius ibidem narrantur) *factiq. ſunt, omnes dies vitæ illius centum quadraginta ſeptem annorum.*

Summa annorum huius Tabulæ 2236

Ego ex diligentissima computatione in scripturis sanctis invenio annos 2268.

Habetur etas Jacobi annorum 91. quando genuit Joseph

[stamp]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TABVLA III. DE ANNIS MVNDI, ET SVCCESSIONIBVS

Ex Sacris Scripturis.

AVCTORE IOANNE DE ROA DAVILA Theologo Doctore, Priore S. Ioannis De Cauero, Ord. Can. Reg. S. Auguſtini.

A IACOB, AD IOSIAM Regem Iuda.

Tertia ætas mundi. Tempus primæ captiuitatis Aegyptiacæ annorum 430

POſtquã ingreſſum Iacob, & filiorũ ſuorum in Aegyptum habuimus, ex Gen. 46. & 47. in ſecunda Tabula declaratũ, connectere oportet tẽpora ſequentia ex ſacris litteris: ad quod quidẽ notare oportet primum annos, & tẽpus detentionis Iſraelitarũ in Aegypto (quam vocamus primam captiuitatem, propter oppreſſiones tyrannicas ipſorum: etſi voluntarius ingreſſus extiterit) & deinde reliqua tẽpora, vſq. ad Chri

ſtum Dominum. De tempore ergo captiuitatis Aegypti, dicit Paulus ad Gal. 3. *Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringentos, & triginta annos facta eſt lex, &c.* & idē Exod. 12. prędictū eſt: *habitatio autē filiorū Iſrael, qua manſerūt in Aegypto, fuit quadringentorū triginta annorum.* Intelligiturq. ſolū tēpus exiſtētiæ Iſraelis in Aegypto, ab ingreſſu Iacob, vſq. ad datam legem in monte Sinai; quæ mēſe tertio egreſſionis lata eſt Exo. 19. & ita conſonat cū prædictis hucuſq. ex S. Scripturis: nō vero à natiuitate Iſaac intelligūtur anni iſti: vt putarūt Beda, & Lyra ibi. & Act. 13. Gen. 15. Exo. 12. vbi Aug. to. 4. 47. ex editione 70. Interpr. ibi legentium: *In Aegypto & terra Chanaan, &c.* & quibuſdam hiſtorijs, & ætatibus enarratis Gen. 46. & Exo. 6. & 7. à Caath ingreſſo cū Iacob in Aegypto, ad Moyſis locutionē cū Pharaone annorum 350 ex quibus volunt plures auferri, quouſq. remaneant 210. anni manſionis in Aegypto, vt cū 190. à natiuitate Iſaac, ad ingreſſum Iacob in Aegyptum, reſtent 400. anni. Sed ſtandum eſt ſacræ Scripturæ, & Vulgatæ editioni approbatæ in Cōc. Trid. ſeſſ. 4. vbi ponitur māſio 430. annorū in Aegypto tantum, & ſic eſt in Hebr. & Chald. vt in Cōplut. Bibl. Et de annis in contrarium adductis, dico: vel eorum aliquot myſterioſè prætermiſſi, non negari: & coniungi filiorum natalē ad vltimos annos parentū; vel

fuiſſe

fuiſſe tẽpus cõtentionis Moyſis cũ Pharaone; iuxta Exo. à c. 5. & in ætate Moyſis Deut. vlt. præteriri tempus malitiæ Aegypti, vt de annis Saulis, & Ioræ, & 4. generationũ dicetur infra; & eſſe morẽ S. Scri. fatetur Hiero. q. 2. ep. 125. ad Damaſ. to. 3. & numerat 430. annos detentionis Iſraelis in Aegypto. Et de labore ait: *Humiliabunt eos annis quadringentis*, & D. Iſid. glo. interl. Gen. 15. *In afflictione quadringenti anni complebuntur*. Et de iſtis annis 430. nequit aliquid temporis, ab ingreſſu Iacob in Aegyptum, adimi: cum Geneſis, 15. prædicantur anni quadringenti afflictionis à Deo ad Abraham: *Scito prænoſcens: quod peregrinũ futurũ ſit ſemen tuũ in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Verũtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo; & poſt hæc egredientur, &c.* Et Act. 7. ijdẽ 400. anni ponuntur à Stephano, atq. etiã c. 13 à Paulo. Et alij 30. Act. 13. & Exod. 12. ſunt præcedentes, vſq. ad alterum Pharaonẽ affligentẽ Iſraelitas, Exod. 1. Horũ autẽ 30. annorum non fit mentio in prædictis alijs ſacris locis, quibus aſſignatur præcipuum tempus, ex quadruplicato centenario æquali, abſque negatione parui, & imparis numeri.

Tempus Moyſis, & detẽtionis in deſerto 41	Poſt exitũ captiuitatis Aegypti, demorati ſunt in deſerto per pluſquam

 40.

40.annos, iuxta Exo. 16. *Filij autem Iſrael comederunt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem, hoc cibo aliti ſunt, vſquequo tangerent fines terræ Chanaan.* Num. 14. *Quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras, &c.* quod repetitur Pſal. 94. & Deut. 1. & Act. 7. & 13. Quo tēpore ducti ſunt à Moyſe duce populi Dei, iuxta librum Exodi: ſed eſt notandum iuxta ſacrarum literarū verū vſum, illum numerum quadragenarium nō eſſe punctualiter accipiendū, ſed de præcipuo, & de dato in pœnā murmuris, & repugnantiæ ad ingreſſum terrę promiſſionis, vt expreſſe dicitur Num. c. 14. & Deut. 1. At vero, etiā præfuit alter annus in deſerto peregrinationis populi Iſrael, ante dictam Domini indignationē, & pœnam, vt expreſſe dicitur Num. 9. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai anno ſecundo poſtquam egreſſi ſunt de terra Aegypti, menſe primo dicens: Faciant filij Iſrael Phaſe in tempore ſuo decima quarta menſis, &c.* Et c. 11. & 14. habentur murmura, pro quibus punitus eſt populus detentione in deſerto, & de ſequenti tempore. Deut. 1. habetur: *Quadrageſimo anno vndecimo menſe, &c.* Inſuper hæc intelligūtur vſq. ad contactū terræ promiſſionis per dictum locum Exodi 16. Igitur reſtant anni 471. ab ingreſſu Iſraelis in Aegyptū, vſq. ad contactum terminorum terræ promiſſionis. (ſed eſt difficultas circa illud Pauli Act. 13. quod videtur contrariū eius præ

dicto

dicto teſtimonio ad Gal. 3. *Poſt quadringentos, & triginta annos, facta eſt lex*: quæ ſcilicet menſe tertio egreſſionis data eſt Exodi 19. & additis 41 annis deſerti, fiunt anni 471. extra tempora ſequentia, & non ſunt confundenda, propter veritatem ſacrarum Scripturarum, in quibus fundamur. ille autem Act. 13. complectens annos deſerti ſic ait: *per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto, & deſtruens gentes ſeptē in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum, quaſi poſt quadringentos, & quinquaginta annos, & poſt hæc dedit Iudices, &c.* hæc Paulus. Qui tamen nec veritati, nec ſibi contradicit: ſed vel per illud duplex decennium, ab egreſſu, ſignificat initium diuiſionis per Moyſen Num. 32. 34. pro duabus, & dimidia tribubus: cum ordine diuiſionis pro cæteris faciendæ per Ioſue, & ſocios: quæ poſtea facta eſt Ioſ. 13. & 14. in cuius tempore erant finiti 41. anni peregrinationis anno 471. ab ingreſſu in Aegyptum: vt dixi. Et ita intellexit Paulum Gloſa interl. Actor. 13. *id eſt, poſt quadringentos annos, & quinquaginta, & diuiſionem terræ.* Vel alio vero quidem, ſed communi vſus eſt modo loquendi: quaſi in confuſo, & ſine negatione præſciſci tēporis, nō tamen præſciſſionem explicando; & hoc innuit S. Chryſ. Act. 13. homil. 29. qui ad 400. & 50. annos prædictos, addit *circiter*, pro, *quaſi*.

Tem-

Tempus Ducum, & Iudicum Iſraelis 356.

De tempore ſequenti ab ingreſſu filiorum Iſrael in terram promiſſionis, vſq. ad Regnum Dauidis, eſt aliqua difficultas in Scriptura ſacra, q̃ tẽpus Paulus Act. 13. ſummatim expreſſit, dicens: *Poſt hæc dedit Iudices, vſq. ad Samuel Prophetam*. Sed hoc ſpatiũ conſtat ex ſacro Textu, libri Regũ, præſuppoſito Deut. c. 1. de ingreſſu Iſraelitarum, poſt detentionẽ deſerti: *Hæc ſunt verba, quæ loquutus eſt Moyſes ad omnem Iſrael trans Iordanẽ in ſolitudine campeſtri, &c. quadrageſimo anno, vndecimo menſe, prima die menſis, &c. terram Chanaan, & Libani, &c. En inquit, tradidi vobis, ingredimini, & poſſidete eam, ſuper qua iurauit Dominus Patribus veſtris Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret illam eis, & ſemini eorum poſt eos*, & 3. Reg. c. 6. de anno quarto poſt Dauidem, & de antecedenti tempore toto ſupradicto ab egreſſu Iſraelis dicitur: *Factum eſt ergo quadringenteſimo, & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terra Aegypti, in anno quarto menſe Zio, ipſe eſt menſis ſecundus, Regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificari cœpit domus Domino*. Ex quibus 480. annis aſſertis manifeſtum eſt reſtare inter medios trecentos quinquaginta ſex annos, demptis quadraginta, & vno peregrinationis deſerti, & quadraginta Regni Saulis, & quadraginta

Da-

Dauidis, & tribus Salomonis, cuius quarti anni principio cœpta dicitur ædificatio tẽpli: in anno quadringenteſimo octogeſimo egreſsionis ab Aegypto. In illis autem intermedijs tercẽtis quinquaginta ſex annis, poſt ingreſſum terræ promiſſionis, vſque ad Reges Iſrael, fuerunt Duces populi Dei Ioſue, & alij Iudices, vſque ad Samuele, quorum habetur memoria in ſacris libris Ioſue, Iudicum, Ruth, & 1. Regũ, qui dicitur Samuelis.

Regnum Saulis 2. ann. ante repulſam, ac cum Samuele, & Dauide 38. poſt repulſam.

Sed à c. 10. vnctionis Saulis, & 13. ſeq. ſcribitur breue tempus Saulis ante reprobationẽ à Deo, licet prius probus, & ſimplex fuerit, iuxta illud: *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael.* ſed ſequẽs tẽpus expreſſit Paulus Act. 13. *Poſt hæc poſtulauerunt Regẽ, & dedit illis*

Saul filiuCis de Tribu Beniamin annis quadraginta, &c.
Et de ipſo ait SanctusHieronymus in fine libri primi traditionum Hebraicarum in Regum libros. ex 2. Reg. 2. de 40. annis ętatis Isboſeth filij Saulis: *Colligitur Saul quadraginta annos regnaſſe:* Vnde per obliuionem Lyranus 1. Reg. 13. & 2. Paral. 21. ponit viginti: ſed tamen dicit duobus annis prioribus legitime regnaſſe, non vltra: & id ſignificari, cum de regno eius duo anni ponũtur in alio loco: de poſſeſſione vero etiã 38. annorum loquutus eſt Paulus. Et licet Gloſa Bedæ dubitet de annis regni eius: ſed ſatis ex prædictis cõſtãt. Saulis vero ætas nõ certo habetur: Sed 1. Reg. 10. electus dicitur iam vir, & altioris ſtaturę cęteris: cũ paulò poſt Dauid puer dicitur c. 17. ſed fortiſſimus dicitur, & armiger Saulis c. 16. Saul vero c. 15. reprobatus à Deo ſcribitur, & ex eo tẽpore nõ vidiſſe illũ Samuelẽ Prophetã, qui dicitur obijſſe c. 25. durante adhuc Saule in poſſeſſione Regni, vſque ad mortem cap. 31. Et interim Dauid fugit Saulem, à cap. 18. Etſi interim, vt verus Rex bella gereret. cap. 27. & lib. 2. cap. 1. Sed etſi electus à Deo fuiſſet 1. lib. cap. 16. non tamen poſſedit, vſque ad mortem Saulis 2. libri c. 2. Iudam: & cap. 5. Iſraelem. Erat ergo Dauid triginta annorum, in morte Saulis, vt infra dicitur ex 2. Reg. 5. ſed cuius eſſet ætatis, cum

1. Reg.

Quarta ætas mundi, Sanctus Dauid regnauit annis 40. vixit 70

1. Reg. 17. vicit Philiſthæum, & quis annus Regni Saulis, non ſcitur.

De Dauidis autem Regno, poſt Saulis mortem, habetur in libris Regum, qui primo libro cap. 16. à Deo electus, & vnctus à Propheta ſcribitur. Sed 2. lib. c. 5. dicitur: *Filius triginta annorum erat Dauid, cũ regnare cœpiſſet, & quadraginta annis regnauit: in Hebron regnauit ſeptem annis, & ſex menſibus: in Hieruſalem autẽ regnauit triginta tribus annis ſuper omnem Iſrael, & Iudam;* quod etiam reperitur lib. 3. Regum 2. & lib. 2. c. 15. & 1. Paralipom. cap. 3. & vlt. cap. De ætate autem iiſdem locis conſtat fuiſſe ſeptuaginta annorum (quamuis valde ſenex dicatur fuiſſe 3. Regum cap. 1. & 2. & quaſi non computetur tempus

G illius

illius poſt rebellionem Abſalon, quæ contigit poſt quadraginta annos Regni Dauidis, vt ex textu ſacro ſupradictis locis conſtat: lecto quidem ſecundum Vulgatam æditionem, & correctum volumen tempore bon.mem. Sixti Quinti, & Clementis Octaui ſacrorum Pontificum æditum in illis locis omnibus, & 2. Regum cap. 15. vbi de Rebellione Abſalon, & fine Regni Dauid, dicitur: *Poſt quadraginta annos, &c.* etſi in aliquibus non correctis codicibus lapſu ſcriptorum dicatur: *Poſt quadraginta quattuor*: ſed tamen in cæteris locis dicitur: *Quadraginta*; Sed parum durauit Abſalon, qui ſtatim moritur primo bello, c. 18. Sed anni tres famis narratæ cap. 21. non fuere ſequentes, ſed poſt narratum ſupplicium in continentiæ Dauidis, narratur ſupplicium populi propter Saul, vt ibi dicitur, & notat Lyra. & cap. vigeſimo quarto narratur ſupplicium pro numeratione populi, quæ præceſſit, vt dicitur 1. Paral. 21. de Dauide.

De

Salomon (qui cœpit anno Regni 4. & anno 11. perfecit templum primò ędificatum, cuius ſecunda ædificatio multo plus moroſa apud Eſdram extitit) regnauit 40. annis

De Salomone filio, & ſucceſſore Dauidis, tempus, & ſucceſſio Regni refertur 3. Regum 1. 2. & 11. & 1. Paralipo. 29. & in lib. 2. cap. 9. dicitur: *Regnauit autem Salomon in Hieruſalem ſuper omnem Iſrael quadraginta annis, dormiuitq; cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid, regnauitque Roboam filius eius pro eo.* (De defectu autem eius in ſenectute mentio fit 3. Reg. 11. & Eccleſ. 47. ſed neque ibi, neque 2. Paralip. 9. tempus vitę eius exprimitur, ſed tamen colligitur ex 3. Reg. cap. 2. & 1. Paralipom. cap. vlt. fuiſſe electum, & vnctum in Regem in tenera ętate, & obijſſe ſenem conſtat prædicto cap. 11. 3. Reg. Sed quod ad rem attinet eſt continuatio ſucceſſio-

 nis

nis, & temporum regnandi, quæ ex præcedentibus, & ſubſequentibus, abſque interruptione continuatur) De tempore autem ædificationis templi, ſcribitur 3. Reg. 6. de annis Salomonis: *Anno quarto fundata eſt domus Domini in menſe Zio, & in anno vndecimo, menſe Bul (ipſe, eſt menſis octauus) perfecta eſt domus in omni opere ſuo, & vniuerſis vtenſilibus ſuis, ædificauitque eam annis ſeptem*, (vbi numerus præcipuus explicatur, omiſſis ſequentibus menſibus ſex ab Aprile menſe ſecundo, ad Octobrem menſem octauum, ſecundum computationem hebræam à Martio, iuxta tabulam primam, ſuper ſeptẽ annis, contentis etiam cũ 6. menſibus ſupradictis in textu ſacro. & id quidẽ intelligitur de prima templi ædificatione per Salomonem. Secunda vero per tranſmigrantes, fuit plus multo moroſa, & impedimentis implicata, de qua fit mentio Ioannis 2. *Quadraginta, & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, &c.* Et conſtat lib. 1. Eſdræ cap. 5. & lib. 2. cap. 2. & 4. & per totum.)

De

Roboam 17 | 58 De Roboam filio Salomonis, & perditione decem tribuum ſcriptuum eſt 3. Regum 12. vſque ad 14. & 2. Paralipom. cap. 10. 11. & 12. De tempore autem Regis habetur 3. Regum 14. *Porro Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda: quadraginta, & vnius anni erat Roboam cum regnare cœpiſſet, & decem, & ſeptem annis regnauit in Hieruſalem, &c. dormiuitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid, nomen autem matris eius Noama Amanitis, & regnauit Abiam filius eius pro eo,* quod reperitur 2. Paralipomenon 12.

Abiam 3 De Abiam Rege Iuda (diſtincto ab alio Abiã Rege

Rege Iſrael, de quo fit mentio 3. Regum 14.) habetur 3. Reg. c. 15. *Regnauit Abiam ſuper Iudam: tribus annis regnauit in Hieruſalem, &c. & dormiuit Abiam cum Patribus ſuis, regnauitque Aſa filius eius pro eo,* quod reperitur ſub nomine Abia, 2. Paralip. 13.

Aſa	41	3. Regum 15. *Regnauit Aſa Rex Iuda, & quadraginta, & vno anno regnauit in Hieruſalem, &c. Verum tamen in tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes, & dormiuit cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid patris ſui, regnauitque Ioſaphat filius eius pro eo,* quod reperitur 2. Paralipom. 13. & ſequentibus.
Ioſaphat 25	60	Ioſaphat Regis Iudææ opti-

optimi, & ſancti hiſtoria habetur 3. Regum vlt. vbi ſcribitur: *Ioſaphat vero filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudam anno primo Achab Regis Iſrael; triginta quinque annorum erat, cum regnare cœpiſſet, & viginti quinque annis regnauit in Hieruſalem, &c. dormiuitque Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid patris ſui, regnauitq. Iorã filius eius pro eo*, quod reperitur 2. Paralipomen. 17. vſque ad 21.

Ioram 28 60 De Ioram Rege Iudææ, (alio quidem à Ioram Rege Iſrael, de quo ſcribitur 4. Reg. 3 & 8. cap. & 2. Paralip. 21.) & dicitur libro 4. Regum capit. octauo: *Regnauitque Ioram filius Ioſa-*

Ioſaphat Rex Iuda: triginta duorum annorum erat, cum regnare cæpiſſet, & octo annis regnauit in Hieruſalem, &c. & dormiuit Ioram cum patribus ſuis; ſepultusque eſt cum eis in Ciuitate David, regnauitque Ochozias filius eius pro eo. quod reperitur 2. Paralipom. 21. (Sed notandum eſt eſſe duplicem difficultatem de hoc, & ſequente rege, cum Lyrano in relatum cap. 8. lib. 4. Reg. quòd ibi dicitur: *anno quinto Ioram filij Achab Regis Iſrael, & Ioſaphat Regis Iuda, regnauit Ioram filius Ioſaphat Rex Iuda.* quod videtur tollere annos ſopradictos regni Ioſaphat. Sed reſpõdetur ſignificari multis ante annis adiuuiſſe patrẽ in gubernatione regni, vt fecit ſequens ante mortẽ patris, & ante ſuam poſſeſsionem regni: ad quod cogimur ex certitudine ſacræ Scripturæ, & Vulgatæ editionis probatæ in Tridentino Concilio ſeſſione 4. & colligitur ex ſacra Scriptura. Nametſi annus quintus Ioram, Iſraelis, & Ioſaphat Iudæ regis non concurrerint, quia Ioram ille anno 18. Ioſaphat regnare cœpit, 4. Regum 3. poſt fratrem regnantem anno 17. 3. Regum vlt. & 4. c. 1. & Ioſaphat 25. annis regnauit, vt ſupra. Sed anno quinto Ioram, qui fuit Ioſaphat 23. in vltimis annis gubernauit Ioram Iudææ pro patre ſuo in Iudęa. & prius anno quinto regni patris deſignatus eſt rex: datis

parti-

partibus alijs fratribus. 2. Paralip. 21. ſicut de eodem filio infra dicetur. Vnde non eſt contradictio in hoc. Mortuo autem patre, occidit fratres, & peſſimè vixit, poſt octo annos regni. 2. Paralipomenon 21. & poſt eos annos, infirmitatibus punitus à Deo, dedit gubernationem filio, & ex tunc alios viginti annos ſuperuixit, & dantur regno filij, vt ait Lyranus, ex Hieron. in traditionibus hebr. 2. Paral. 22. & 4. Reg. 8. & ſic cum ingreſſus eſſet annorum 32. Ioram, & regnaſſet 28. ſequitur vixiſſe annos ſexaginta, & ſic intelligendum eſt quod 4. Reg. 8. dicitur Ochoziam filium eius habuiſſe annos 22. quando cœpit regnare, ſcilicet in vita patris: ſed 2. lib. Paralipom. cap. 22. dicitur habuiſſe 42. ſcilicet poſt mortem patris poſſidendo regnum, per vnum annum, vt ſequenti notatione dicetur. Vnde ſecunda difficultas ſoluitur: quæ exageratur à D. Hieronymo prædicto loco: nam cum dicatur dicto c. 22. lib. 2. Paralip. de iſto Ochozia filio Ioram: *Regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda: quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpiſſet, &c.* & dicto cap. 8. lib. 4. Reg. Dentur Ioram patri anni quadraginta vitæ, difficultari poteſt, quomodo ſtet filium in morte patris habuiſſe duos annos pluſquam pater?

H Sed

Sed reſpondetur cum Hieronymo, & Lyrano ſupra: Ioram patrem habuiſſe ſexaginta annos vitæ: & ſic dici dicto cap. 22. lib. 2. Paralip. alijs viginti annis regnaſſe Ochoziam: ſcilicet in vita patris gubernando. & ſic Hieronymus ibi ait: *Ioram regnauit viginti octo annos*. & quod in aliquibus editionibus operum Hierony. dicitur vixiſſe annos quadraginta, errore ſcriptorũ ponitur pro ſexaginta, vt ex dictis patet.

Item aduertatur iuxta D. Hieronymũ, & Hilarium, & Chryſoſtomum, & alios ſcriptores in Commentario Matth. 1. quatuor ſequentes ſucceſſiones prę̨teriri ab Euangeliſta, abſque præiudicio tamen veritatis: nam & in verò ſenſu dicitur anteceſſorem genuiſſe ſucceſſores, etiam diſtantes (ſicut patres dicuntur anteceſſores omnes) quia etſi mediate per filium, & ſequentes, vera tamen origine ab ipſo oriuntur. Et quia Ioram accepit vxorem filiam Achab, & Iezabel impijſſimę, & idololatræ iuxta 4. Regum 8. iuſtè dimiſſæ ſunt quatuor generationes à Matthæo, vt odibiles Deo, ſed non vt non veræ: & in eo ſenſu myſterioſo ponuntur quatuordecim generationes à Dauide, vſque ad tranſmigrationem Babyloniæ, cum fuerint decem & octo. Et dicitur Ioram genuiſſe Oziam, cum fuerit quintus nepos

Ochozias, qui & Ioachaz 1 43

poſ eius, filius vero eius Ochozias, iuxta ſequentia. Iorami autem infœlix mors, ſicut vita, narratur 3. Reg. 22. & 2. Paralipom. 21.

De Ochozia Rege Iudæ notandum eſt, primo fuiſſe aliũ à Rege Iſrael eiuſdem nominis 3. Reg. vltimo. Deinde ſecundo aduertatur illum Ochoziam regem Iudæ fuiſſe filium proprium Ioram regis præcedẽtis: de quo ſcribitur 4. Reg. 8. & 2. Paralip. 22. Vbi dicitur: *Conſtituerunt autem babitatores Ieruſalem Ochoziam filium eius* (id eſt Ioram, de quo capite præcedenti) *minimũ Regem, pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerunt, interfecerunt latrones Arabum, qui irruerant in Caſtra: regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda*

quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem, & nomen matris eius Athalia filia Amri. Tertio aduertatur, quod quamuis appareat contradictio horum verborum ad verba prædicti capipitis 8. 4. Reg. vbi de eodem dicitur: *Et dormiuit Ioram cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt in ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo: anno duodecimo Ioram filij Achab regis Iſrael, regnauit Ochozias filius* Ioram *regis* Iudæ: *vigintiduorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in* Ieruſalem. Sed tamē his capitibus ponitur duplex tempus regnandi, nempe cap. 22. 2. Paralipom. gubernandi in vita patris, qui erat impeditus morbis immiſſis à Deo, in ſupplicium ſuæ malitiæ, & matrimonij cum gentili idololatra filia Achab. vt dicitur 2 Paral. 21. & interim gubernauit Ochozias: quia filij Ioram maiores natu erant occupati in caſtris, vt dicitur cap. 22. Sed denique dicto c. 8. 4. Reg. ponitur tempus regnandi cum poſſeſſione poſt patrē, & fratres: hoc autē non ponitur in loco alio prædicto, & dicitur fuiſſe quadraginta duorū annorum, non habita ratione gubernationis, omiſſis viginti præcedentibus alijs. Et ita eſt mos in ſacra Scriptura aliquando ponendi tempus gubernationis pro regno, vt in

iſto

iſto loco, & in præcedentibus regibus Iorã, & Ioſaphat, vt notat Lyranus his locis, vel pro inuaſione intẽtata de filijs Dauid dicitur 2. Reg. de Abſalon c. 15. & de Adonia 3. Reg. 1. *Num audiſti, quod regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noſter Dauid hoc ignorat, &c.* Quarto aduertatur hunc Ochoziam vocari quoque Ioachaz 2. Paral. 21. & in littera Hieron. 2. Paral. 22. in tradit. hebr. etiam Azarias vocatur, quod erat commune regibus, pluribus nominibus appellari.

Athalia 6

De Athalia matre Regis præcedentis dicitur 4. lib. Regum capite 11. *Athalia vero mater Ochoziæ videns mortuum filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regium*, & 2. Paral. 22.

Porro

Porro Ioſabeth *filia regis, tulit* Ioas *filium Ochoziæ, & furata eſt eum de medio filiorum Regis, cum interficerentur; abſconditq. eum cum nutrice ſua in* Cubiculo *lectulorum:* Ioſabeth *autem, quæ abſconderat eum, erat filia Regis* Ioram, *uxor* Ioiadæ *Pontificis, ſoror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum. fuit ergo cũ eis in domo Dei abſcõditus ſex annis, quibus regnauit Athalia ſuper terram* (quæ Ioſabeth vocatur Ioſaba prędicto cap. 11. 4. Regum) & id repetitur 2. Paralipom. 22.

Ioas 40 47 4. Regum 11. & 12. & 2. Paralipom. 23. & 24. ſcribitur hiſtoria Regis Ioas filij præcedentis regis Ochoziæ, & dicto capitulo vigeſimo quarto dicitur: *Septem annorum erat* Ioas, *cum regnare cœpiſ-*

ſet

ſet, & quadraginta annis regnauit in Hieruſalem, &c. ſurrexerunt autem contra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis filij Ioiadæ *ſacerdotis, & occiderunt eum in lecto ſuo, & mortuus eſt, &c. Regnauit autem Amaſias filius eius pro eo.* Quod habetur etiam prædictis capitibus 11. & 12 lib. 4. Regum (eſt autem Ioas rex Iudæ alius à Ioas rege Iſrael, de quo fit mentio 4. Reg. 13. & 14. & 2. Paral. 25.)

Amaſias 29 54

4. Regum 14. & 2. Paralipomen. 25. ſcribitur: *Viginti quinque annorum erat Amaſias, cum regnare cœpiſſet & viginti nouem annis regnauit in Hieruſalem; qui poſtquã receſſiſſet à Domino, tetenderunt ei inſidias in Hieruſalem; cumque fugiſſet in lachis, miſerunt, & interfecerunt eum ibi, reportanteſque ſuper æquos ſepe-*

ſepelierunt cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid, Et c. 26. *Omnis autem populus* Iudæ *filium eius Oziam annorum ſexdecim conſtituit Regem, pro Amaſia patre ſuo.*

Azarias, qui & Ozias 52. 68

De Azaria rege Iudæ habetur 4. Regum 15. *Anno vigeſimo ſeptimo* Ieroboã *Regis Iſrael, regnauit Azarias filius Amaſiæ Regis* Iudæ: *ſexdecim annorum erat cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Hieruſalem, &c. & dormiuit Azarias cũ patribus ſuis, ſepelieruntq́. eũ cũ maioribus ſuis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ioatham filius eius pro eo.* Idemque habetur omnino in dicto capitulo 26. lib. 2. Paralipom. hoc excepto, quod vocatur Ozias ibidem, & Matth. 1. cap. de quo ſcribitur dicto cap. 26. lepra perpetua

tua punitum fuiſſe à Deo eo quod irreuerenter ſacerdotis officium vſurpaſſet,& cum in diuinorum irreuerētia aſſimilatus eſſet impio Ieroboam,idololatriam inducente in Iſrael, 3.Regum 11.multis annis poſt mortē eius, numeratur ætas Oziæ, per annos Ieroboam, nō per proximos, vt cæterorum. De morteq. Ieroboā tempore Aſa: habetur 3. Reg.14.& 15.

Ioatham	16	41	4.Reg.15.& 2.Paralipom.27. dicitur: *Vigintiquinque annorum erat Ioatham,cum regnare cæpiſſet, & ſexdecim annis regnauit in Hieruſalem, &c. Dormiuitq. Ioatham cum Patribus ſuis,& ſepelierunt eum in ciuitate Dauid; & regnauit Achaz filius eius pro eo.*
Achaz	16	36	De ſequentis regis Achaz, hiſtoria agitur 4.

Reg.16. & 2. Parali.28. *Vigiuti annorum erat Achaz, cum regnare cœpiſſet,& ſexdecim annis regnauit in Hieruſalem,&c. Dormiuitq. Achaz cum Patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Hieruſalem. Nec enim receperunt eũ in ſepulchro Regum Iſrael, regnauitque Ezechias filius eius pro eo.*

Ezechias 29 54 De ſancto Ezechia rege ſcribitur 4.Reg.18. & 2.Paralipom. cap.29. vſque ad 32.& Iſaiæ 36. dicitur autem in d. c.18. *Anno tertio Oſeæ filij Ela Regis Iſrael; regnauit Ezechias filius Achaz Regis Iuda: viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpiſſet,& viginti nouem annis regnauit in Hieruſalem. Nomen matris eius Abi filia Zachariæ: fecitque, quod erat bonum coram Domino,iuxta omnia, quę fecerat*

cerat Dauid Pater eius, &c. & cap.20. ad fin. in lib. 4. Regum ſcribitur: *Dormiuitque Ezechias cum Patribus ſuis, & regnauit Manaſſes filius eius pro eo* (Regis iſtius Ezechiæ ſanctitas, & miraculum Angeli ad orationem eius, & deſiderium victoriæ contra inimicos Domini, occidentis octoginta quinque millia Aſſiriorum, celebrantur prędictis ſacris locis. 3.Reg.19.& 2.Paral.32.)

Manaſſes 55 67

Impij regis Manaſſes valde diſſimilis Patri, regnum ponitur 4.Reg.21 & 2.Paralipo.33.dicitur: *Duodecim annorum erat Manaſſes, cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta quinque annis regnauit in Hieruſalem, fecit autem malum coram Domino, iuxta omnes abominationes gentium, quas ſubuer-*

			tit Dominus coram filijs Iſrael. Dormiuit ergo Manaſſes cum Patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Domo ſua, regnauitque pro eo filius eius Amon.
Amon	2	24	4. Regum 21.& 2.Paralipomen. 33. dicitur: *Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpiſſet, & duobus annis regnauit in Hieruſalem, fecitque malum in conſpectu Domini: Cumque coniuraſſent aduerſus eum ſerui ſui, interfecerunt eum in domo ſua. Porrò reliqua populi multitudo, cæſis ijs, qui Amon percuſſerant, conſtituit Regem Ioſiam filium eius pro eo.*
Ioſias	31	39	Sancti regis Ioſiæ celebris, & ſancta memoria proponitur lib.4.Regum cap.22.&23.&2.Paralipom.34.vbi de annis eius ſic dicitur: *Octo anno-*

rum

rum erat Ioſias cum regnare cœpiſſet, & triginta & vno anno regnauit in Hieruſalem, fecitque quod erat rectum in conſpectu Domini, & ambulauit in vijs Dauid Patris ſui, non declinauit ad dexteram, neque ad ſiniſtram; Octauo autem anno regni ſui, cum adhuc eſſet puer, cœpit quærere Deum Patris ſui Dauid, &c. & cap. 35. *mortuuſque eſt, & ſepultus in Mauſoleo Patrum ſuorum, & vniuerſus* Iuda, *& Hieruſalem luxerunt eũ: Hieremias maximè, cuius omnes Cantores, atque Cantatrices, vſque in præſentem diem lamentationem ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſrael.* Hic vir in remedium populi prophetatus 3. Reg. 13. commendatur maximè Eccleſiaſt. 49.

Summa annorum huius Tabulę 1338.

TABVLA IIII.
DE ANNIS MVNDI,
ET SVCCESSIONIBVS
Ex Sacris Scripturis.

AVCTORE IOANNE DE ROA DAVILA
Theologo Doctore, Priore S. Ioannis Le Cauero,
Ord. Can. Reg. S. Auguſtini.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A CAPTIVITATE BABYLONICA vſque ad præſens tempus.

Conformiter ad ſacrum Euãgelium Matthæi cap. 1. numeramus vltimam ætatem Mundi, à tranſmigratione Babyloniæ, ſeu captiuitate tertia vel magna Iudęorum per Babylonios, vſque ad Chriſtũ Dominum, ſcilicet à filijs Ioſiæ regis Iudæ, & ſucceſſoribus, in quorum tempore cœpit afflictio maior illius gentis (rationem habendo afflictionis Babylonicę, vt maioris, & non Aegyptiacæ, quamuis præceſſerit) vt 4. Reg. 23.

24. & 26. conſtat ibique patet, & varijs vicibus, & incurſionibus oppugnatum, & captiuum fuiſſe Dei Populum; Iudæorũ ſcilicet ex quibus Chriſtus ortus eſt, & ſucceſſio temporum connectitur; Iſraelis autem non habetur hic ratio, de quibus habetur 4. Reg. 17. vbi perpetua per Aſſyrios captiuitas narratur, propter ingentia illius populi mala: etſi ſanctos aliquos habuerit, & domui Tobiæ, & alios.

Quinta ætas mundi.
Ioachaz rex, filius Ioſiæ regnauit minus anno 1
& vixit annis 24

Poſt Ioſiam ergo, in cuius ætate finita eſt tabula tertia per ſucceſſiones paternam, & ſimul per electionem Populi, regnauit filius eius Ioachaz 2. Paralip. 36. & 4. Reg. 23 *Tulitq. populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ, & vnxerunt eum & con-*

& conſtituerunt eum regem pro patre ſuo. (quamuis Matth. 1. Iechoniæ tertij Regis ab ipſo, omiſſo Ioachaz in ordine regum Iudæ, nomen exprimatur, & fratrum in genere fiat mentio, quia ex illo captiuitas Babyloniç cœpit, & continuata eſt regni ſucceſſio, & ſi miſere in Babylone 4. Reg. 24. & 25. & quia ille Ioachaz ductus captiuus à Pharaone Nechao rege Aegyptij, ibi mortuus eſt; vt dicitur 4. Reg. 23. ſine filijs, & pro eo frater eius poſitus eſt. & ita in iſto Ioachaz fuit ſecunda Captiuitas in Aegypto.) De tempore autem Ioachaz dicitur dicto cap. 23. 4. Regum. *Viginti trium annorum erat Ioachaz, cum regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Hieruſalem, nomen matris eius Amital filia Hieremiæ de Lobna; & fecit malum coram Domino, iuxta omnia, quæ fecerant Patres eius. Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Hieruſalem: & impoſuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. Regemque conſtituit Pharao Nechao Eliacim filium Ioſiæ, pro Ioſia patre eius; vertitque nomen eius Ioakim. Porrò Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptum, & mortuus eſt ibi.* Idemque habetur 2. Paralipom. vlt. (vbi aduertatur poſt tres menſes regni eſſe numerandos alios itineris, & manſionis in Aegypto. Inſuper menſes, qui deſunt iſti, & regi tertio loco ponendo, ſuppleri cum adiectione aliorum,

K quæ

Ioakim, qui & Eliacim, & EliaKim frater præcedentis

11 36

Tunc incœpit captiuitas tertia Babyloniæ.

quæ diximus ſupereſſe ab exitu Aegypti, ad quartum annum regni Salomonis tabula præcedenti, vt impleatur annorum numerus, pro numeratione perfecta, & myſterijs infra explicandis: & ſic annum integrum vtrique ponimus.)

De prædicto autem ſequenti rege Ioakim, vel Eliacim, vel EliaKim, fratre præcedentis ſcribitur in cap. 23. & cap. 24. 4. Regum, & 2. Paralip. vltimo in fine dicitur: *Viginti quinque annorum erat Ioakim, cum regnare cæpiſſet, & vndecim annis regnauit in Hieruſalem, fecitque malum coram Domino Deo ſuo. contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor rex Caldæorum, & vinctum in catenis duxit in Babylonẽ, &c. regnauit autem Ioachin filius eius, pro eo.*

(Vbi

(Vbi notetur varietas nominum trium, prædictorum de hoc vno rege, iuxta contextum ſacræ litteræ in prædictis locis: & à ſuorũ, & à regis Aegypti impoſitione: & ſequentẽ fuiſſe fratrem præcedentis regis, & eiuſdem patris Ioſiæ, patet ex locis prædictis.)

Ioachin, qui & Iechonias filius præcedentis, minus anno regnauit: ex quo tamen ſucceſſio regia, & Chriſtus 1 vixit pluſquam 55

De ſequenti rege poſt prædictum, filio eius, & à quo ſucceſſio regia, & Chriſti fuit, iuxta 4. Reg. vlt. & Matth. & iuxta loca relata ſuperius, dicitur quarto Regum 24.

Decem & octo annorum erat Ioachin, cum regnare cœpiſſet; & tribus menſibus regnauit in Hieruſalem, &c. in tempore illo aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylonis in Hieruſalem; & circũdata eſt vrbs munitionibus; venitque Nabuchodonoſor, &c. tranſtulit quaque

hoc est contra Hieremiam cap. 22. qui [illegible] de [illegible] Iechoniæ [illegible] amplius in solio Regni. Neque satisfacit autor in prædictis [illegible] non [illegible] est. [illegible]

Vere ex Iechonia [illegible] similiter per Matthæum, sed non est verum quod hic dicitur de successione regia, nisi sit falsum quod supra dixit Hieremias.

que Ioachin in Babylonē, &c. & conſtituit Mathaniam patruum eius pro eo; impoſuitque nomen ei Sedeciam, &c. Sed 2. Paralipom. vltimo: *Octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpiſſet, & tribus menſibus, ac decem diebus regnauit in Hieruſalem, &c.* (Vbi notentur duo: alterum quod illa differentia decem annorum vitæ, inter prædicta duo loca ſacra, ſoluitur, ex ſententia Lyrani; eo quod erat conſuetudo regum in vita ſua nominare, cum nomine regio, ſucceſſores, vt de Dauide, & filijs ſuis conſtat 2. Regum 15. & 3. Regum 1. & de Ioram, & Ochozia dictum eſt tabula tertia: & ita intelligitur octauo anno ætatis deſignatum fuiſſe ad regnum Ioachin, & in 18. poſſediſſe. Nec illa differentia pertinet ad tempus regni, de quo habetur ratio in coordinatione iſta, ſed ad tempus ætatis. Alterum hic notandum eſt, quod hic ponitur annus abſolutè regni, propter itineris, vſque ad Babylonem, & belli demorationem. & de regno in Hieruſalem intelligitur hic annus: & ſi miſerè principatus in Babylone ſuper ſuis mētio fiat, cap. vlt. 4. Reg. De nomine autem alio Iechoniæ habetur Matth. 1. & Hierem. 29. quæ variatio, & multiplicatio nominum erat valde communis, vt patet libris Regum, & Paralipomenon. & de ſucceſſione eius infra dicetur.

De

Sedecias, qui & Matthanias patruus præcedentis 11 32

De ſequẽti rege patruũ præcedentis ſupra etiam relato Sedecia, ſeu Matthania, & de eius tempore dicitur 4. Regum 24. *Vigeſimum primum annum ætatis habebat Sedecias, cum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Hieruſalem, &c.* & c. 25. *Apprehenſum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui locutus eſt cum eo iudicium: Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit; vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem, &c.* idemque dicitur 2. Paralipom. vlt. (Ex quibus deducitur, quod ſupra in principio huius tabulę dictum eſt, non continuari ſucceſsionem Regiam in iſto: quia dicitur filios eius occiſos eſſe, & quia Matthæus cap. 1. ex Iechonia, qui eſt prædictus Ioachin; ponit ſequentẽ

ſuc-

ſucceſſionem,ex Salathiel vſque ad Chriſtum. *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis; & poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel, &c.* & conſonat cum 4. Regum vltimo cap. vbi de Ioachin, ſeu Iechonia rege antecedente dicitur: fuiſſe in Babylone ſubleuatum ad reputationem regiam, & thronum, &c. at vero captiuitas plena ab illo Sedecia narratur conſumata per Babylonios, ſeu Chaldæos, 2. Paral. vlt. & 4. Reg. 23. 24. & 25. Quamuis à regibus Aegypti fuerint etiam vexati Iudæi 3. Reg. 14. & 4. 23. inſuper in his locis dicitur deſtructio, & ſpoliatio Hieruſalem, & templi. In quo aduertatur eſſe difficultatem circa vaſa templi, & alia vtenſilia, & theſauros, quæ vario modo narrantur ablata 4. Regum 24. & 25. & 2. Paral. vltimo, & Hieremiæ 36. & 52. quæ varietas intelligitur de varijs vicibus expillationis. Quod autem dicitur 4. Reg. 24. Chaldæos abſtuliſſe vaſa Salomonis, & theſauros, cum 3. Reg. 14. prius dicantur ablata à Seſac rege Aegypti, & 4. Reg. 14. à Ioas rege Iſrael; intelligitur, iuxta litteram, vnumquemque abſtuliſſe, quæ potuit inuenire, ſibi non abſconſa; & in tempore Seſac dicitur de theſauris, & ſcutis; in tempore Ioas, de his quæ inuenta ſunt: at in vltimo tempore de Chaldeis dicitur cõcidiſſe, & abſtuliſ-

ſe vni-

ſe vniuerſa relicta, & vaſa etiam aurea Salomonis: & ſic non eſt contradictio. Propter peccata vero Regum, & populi euenisse dicitur Captiuitas Iſraelis, 4. Regum 17. & Iudæ cap. 22. & ſequentibus.

De tempore ſequenti in generali per ſequentia haberi rationem.

De ſequentibus Principibus Iudæorum, vſque ad Chriſtum, non habetur in ſacris libris annorum mentio ſpecialis, niſi de aliquibus, vt de vltimo remanente rege Ioachin, ſeu Iechonia 4. Regum vltimo in fine, vſque ad vitæ eius quinquageſimum quintum annū, numeratis 18. ante tranſmigrationem, & 37. ac plus in captiuitate Babyloniȩ, iuxta 4. Reg. 24. ante finem, & 25. in fine, vbi finis vitæ eius omittitur. Ex hoc autem ſucceſſiſſe ſe-

ſequentes conſtat Matt. 1. Item in libris Danielis Machabæorum,& Eſdræ cum diuerſitate nominũ, aliqui anni Principum numerantur, ſed nõ conſtãt omnes in particulari de ſingulis ibidem. Ob idque non parua eſt difficultas in inueſtigatione annorum, ab ingreſſu captiuitatis, vſque ad Natiuitatem Chriſti Domini: ego autem exiſtimo me hanc enumeratione punctualiter inueniſſe, & deduxiſſe ex ſacris Scripturis, iuxta Patres,& vulgatam intellectis: ad quod diſtinguo duo tempora: alterum captiuitatis, alterum ab exitu, vſque ad Chriſtum.

Tempus Captiuitatis Babyloniæ 70

De tempore captiuitatis Iudæorum, in Babylonia ſatis conſtat in ſacris Scripturis: Hieremiæ

miæ c.25. & 29. vbi dicitur: *Hæc ſunt verba, quæ miſit Hieremias propheta, de Hieruſalem, ad reliquos ſeniorum tranſmigrationis, & ad Sacerdotes, & ad Prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonoſor de Hieruſalem in Babylonem, poſtquam egreſſus eſt Iechonias rex, &c.: quia hæc dicit Dominus: cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam ad locum iſtum.*

Exitus autem in libris Eſdræ conſtat: & tempus in Daniele, & alijs locis citandis.

Tempus intermediũ ab exitu tertiæ captiuitatis, ad Chriſti Domini Natiuitatẽ an. 404. cum tribus menſibus.

De ſequenti autem tẽpore ab exitu tertiæ captiuitatis, vſque ad Chriſti Domini Natiuitatem, eſt præcipua huius numerationis difficultas, in qua neque humanæ hiſtoriæ certitudinem omnimodam præbent, neque

tamen in ſacris libris ſufficiens certitudo huius rei deeſt, ſi conſideremus litteram ſacram in varijs locis, cum expoſitione Patrum, & præcipuorum Doctorum ex catholicis: omiſſis reliquis variantibus, & etiã Origenis tract. 29. in Matthæum elongatione, ſine fundamento, hebdomadarum Danielis, & repulſis imaginationibus Hebræorum circa illas, de quibus agunt ſanctus Hieronymus in Commentario cap. 9. Danielis; & Lyranus in cap. 1. Eſdræ, & Dan. 9. & Pererius ibid. lib. 10. & 11. & C. Baron. tomo 1. Annal. circa aduentum Chriſti, & Ioannes Lucidus de emendatione temporum lib. 7. c. vlt. Medina 3. par. quæſt. 35 artic. vltimo: apud quos varietatem explicationum reperies. Præſuppono autem præcipuum ad hanc collectionem teſtimonium eſſe caput nonum Prophetiæ Danielis, in quo quãuis Hebręi errent maximè, vt ſolent, abſque fundamento ſufficienti: nam omnia contẽta in textu verificantur de Chriſti redẽptione & de nullo alio omnia ſimul; ſed communis catholicorum ſententia eſt: contineri in eo prophetiam de aduentu Chriſti Domini, & de contingentibus circa illum; quod etiam ab ipſo Chriſto inſinuatum eſt apud Matthæum c. 24 & de iudicij die, & de deſtructione Hieruſalẽ,

quę

quę contigit per Romanos, tempore Imperatorum Titi, & Veſpaſiani, ob incredulitatem eorum ad Doctrinam Chriſti; & ob mortem eius: explicata prophetia, ex ſententia ipſius Chriſti ſecundum Patres. Secundo pręſuppono per hebdomadarum phraſim, ſecundum varia ſacra teſtimonia, iuxta Patres intellecta, ſignificari numerum ſeptem annorum, quod probatur aperte in vſu ſacrarum Scripturarum: Numer. 14. *Annus pro die computabitur*. & Leu. 25. *Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorũ: ideſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta nouem*. & Ezechielis 4. *Diem pro anno*. Quibus addatur hebdomadæ dierum conſtitutio à Domino facta Geneſ. cap. 1. & 2. & Leuit. 23. ex diebus ſeptem, ad cuius ſimilitudinem hebdomada annorum continet annos ſeptem. Igitur tertio præſupponitur in cap. 9. Dan. deſignari temporis intermedij ab exitu captiuitatis, vſque ad Natiuitatem Chriſti, prædictos annos 404. cum tribus menſibus: præter annos remanentes ex ſeptuaginta captiuitatis, à tempore factæ prophetiæ, vſque ad finem captiuitatis, qui referuntur ab ipſo Propheta certitudine infallibili, per reuelationem numero 49. annorum; quamuis ſecundum hiſtorias non habeatur expreſſio omnium, ſed tantum

in genere conſtat Eſdræ cap. 1. & 6. & lib. 2. cap. 2. per tres reges: Cyrum, Darium, & Artaxerxem fuiſſe conceſſam, & adiutam libertatem Iudæorum, & perfectam circa annum vigeſimum Artaxerxis &c. Item præter tempus à Natiuitate Chriſti Domini, vſque ad eius mortem, annorum 33. & trium menſium: qui includuntur in ſequenti numeratione annorum numerationis Eccleſiaſticæ. Idque omne fit per numerum ſeptuaginta hebdomadarum abbreuiatarum in phraſi prophetica: hoc eſt dempta dimidia hebdomada annorum, in qua mortuus eſt Chriſtus, in 14. Luna Martij, & ita totus numerus eſt 69. hebdomadarũ, & dimidiæ; quę numeratæ per 7. annos: pro ſingulis hebdomadibus, ſimul faciũt annos 486. & dimidiũ ex quibus demptis antecedentibus à prophetia, vſque ad exitum captiuitatis: quia Daniel eos ſeparat cap. ipſo 9. Scilicet ſeptem hebdomadibus, ſeu 49. annis; reſtant hebdomadæ 62. & dimidia 437. annorum & dimidij, ex quibus demptis annis Chriſti: quia comprehẽduntur: in ſequenti numeratione Eccleſiæ, ſumpta à Natiuitate eius, etiam ſi in Danielis hebdomadibus comprehendatur tempus, vſque ad mortem Chriſti, per quam fuit redemptio cõſumata, de qua ibi fit mẽtio, ſcilicet alijs

33.

33. annis, & tribus menſibus, qui fuerunt ætatis Chriſti, vt infra dicam; ſequitur, reſtare prædictos 404. annos, & tres menſes, ab exitu captiuitatis ſupra numeratæ, vſque ad Natiuitatem Chriſti Domini Noſtri, à qua incipit numeratio eccleſiaſtica. Textus autem ſacer Danielis 9. iam explicatus, ſic habet:

In anno primo Darij filij Aſſueri, de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum, anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo Domini ad Hieremiam prophetam, vt complerentur deſolationis Hieruſalem ſeptuaginta anni, &c. adhuc me loquente in oratione: ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, citò volans tetigit me, in tempore ſacrificij veſpertini, & docuit me, & locutus eſt mihi, dixitque, Daniel nunc egreſſus ſum, vt docerem te, & intelligeres ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni, vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum es. Tu ergo animaduerte ſermonē, & intellige viſionē: ſeptuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt. (ideſt decurtatę, per medietatē vltimæ, iuxta infra dicenda de morte Chriſti in medio hebdomadis, &c.) *Super populum tuum, & ſuper Vrbem ſanctam tuam, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur Iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum* (ideſt per Chriſtum redemptio facienda per ſanguinem) *Scito ergo, & animaduerte, ab exitu ſermonis* (ideſt à tempore fa-

ctę

ctæ reuelationis, vel licentiæ Darij : anno primo, vt habetur hoc c.9. Dan.& 1. Eſdræ.1.& 6. *Vt iterum ædificetur Hieruſalem* (ideſt, vſque ad finem captiuitatis, & reædificationem, de qua libro Eſdræ ſcribitur) *vſque ad Chriſtum ducem* (ideſt, finis, vſq. ad mortẽ Redemptoris, iuxta infra dicenda) *hebdomades ſeptem* (ideſt, reliquum tempus à reuelatione, vſque ad finem ſeptuaginta annorum, ex quibus reſtabant 49. anni) *& hebdomades ſexaginta duæ erunt* (ideſt, reſtans tempus prædictum, vſque ad mortem Chriſti) *& rurſum ędificabitur platea, & muri in anguſtia temporum* (ideſt, poſt mortẽ Chriſti, ſecuta obſidione Romanorũ, iterũ coarctata ciuitas munitione indigebit, iuxta Matthæi 24.& Lucæ 19.) *& poſt hebdomadas ſexagintaduas occidetur Chriſtus, etc.* (ideſt mors Chriſti ſequetur in fine prædictarum hebdomadarum, & dimidiæ vltimæ, cum ſupplicio deſolationis per medium Romanorum) *Confirmauit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, &c.* (ideſt impletis temporibus antecedẽtibus, & vitæ, prædicationis, & mortis Chriſti, quæ non accedent ad ſeptuaginta hebdomades, deficiente per mortem vera hoſtia Chriſto, in medio vltimæ hebdomadis annorum, ſequetur redemptio electorum, & miſeria Iu-

dæorum

dæorum perdurans,vſq. ad diem Iudicij,iuxta prophetiã Oſeæ)&ſic reſtant prædicti anni intermedij ab exitu captiuitatis Babyloniæ,vſq. ad natiuitatem Chriſti 404.iuxta prophetiam Danielis, & loca ſacra prædicta. Hæc autem confirmantur ex c. 4. Ezech. vbi iuxta Patres deſcribitur tempus prædictum intermedium; ſed ſub numeris myſterioſis: ſcilicet imperfecto 390.ſignificante Iſraelis captiuitatem non reſtaurandam,iuxta 4. Reg. 17. & Oſeam, & Apocal.9. & per numerum perfectum 40. ſignificantem reſtaurandam captiuitatem Iudæorum,&ſi toto tempore ferè ſunt vexati,iuxta librum Eſdrę,& Machab: ad quod pertinet prophetia Dan.12.ſignificans magno numero magnam perfectionem legis nouæ,iuxta Apocal.c.10. 12. & 13. quamuis claræ prophetiæ ſupradictæ explicent myſteria prędicta, ne falſitas ponatur in ſacra Scriptura. Item id confirmatur per auctoritatem non paruam lib. 4. Eſdræ,vbi c.7. de prædicto tempore intermedio,à Captiuitate Babyloniæ, à qua ipſe exierat,inquit: *Iucundabuntur, qui relicti ſunt in annis quadringentis, & erit poſt annos hos, & morietur filius meus Chriſtus, &c.*

De

Sexta ætas mundi. Tempus Eccleſiaſticæ numerationis ann. 1600. & deinceps per tempus omne ſequens continuabitur numeratio.

De ſexta ætate, ſiue ſtatu Chriſtianæ legis, quæ nouiſſima dicitur 1. Ioa. c. 2. *Nouiſſima hora eſt:* & de ſequentibus temporibus à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, vſque ad finem anni Iubilæi, & Decembrem anni 1600. & deinceps credendum eſt, computo eccleſiaſtico, quamuis, vt bene notat C. Baron. in Calendariũ Romanum 24. Decembris, in Vigilia Natiuitatis, antiqui ſequerentur numerationem Græcam, quam nos non ſequimur, ſed quæ deducitur ex vulgata latina approbata in Concilio Tridentino generali ſeſſione 4. Sed aduertatur in hac numeratione Danielis pertingẽtis, vſq; ad mortẽ Chriſti comprehendi annos ſacrę vitæ Chriſti Domini

Noſtri

Noſtri, At eo quod numeramus à Natiuitate, vel incarnatione,&annus incipit apud Latinos, & Græcos,à Ianuario, ideò Nos ex Danielis numeratione excluſimus tempus intermedium ætatis Chriſti:ſcilicet 33. annorum, & trium menſium, quibus additis ad tempus ſupra poſitum, annorum 404. & trium menſium, reſtant prædicti 437. anni, & dimidium.

Chriſti Domini Natiuitas ſacra anno Mundi 4072. & tertio Menſe.

Item notetur ex dictis conſtare per certam collectionem computationis temporum, & annorum, & præcipuè in hebdomadis Danielis contentorũ, tenendum eſſe Chriſtum Dominum natum fuiſſe poſt annum mundi 4072 & tres menſes ferè, ſcilicet à 21.Septembris 1. æquinoctij die,quo incæ-

ptus eſt Mundus, iuxta primam Tabulam, ad vigeſimam quintam Decembris, quando natus eſt, iuxta Eccleſiæ numerationem, & traditionem. Idque digno myſterio tantæ rei factū eſt, vt per numerū quadrum quatuor milleſimum ſignificantem perfectionem, iuxta Aug. tr. 17. in c. 5. Ioannis, ſignificaretur perfectio Chriſti pleni gratiæ Ioannis 1. & copioſa redēptio eius pſal. 129. & per additū numerū ſeptuageſimū, etiam ſignificatur Redēptionis fructus: ſeptem dona Spiritus ſancti Iſai. 11 Prouerb. 9. 1. Corinth. 12. explicata, vt mediū ſalutis, ſiue ſacramenta ſeptem. Et per binarium præceptum Charitatis Dei, & proximi, commendatæ à Chriſto Ioann. 15. & per ternarium Trinitatis, in cuius fide baptizari iubemur Matth. vlt. myſterium notaretur. Et deinde ad ſacram Chriſti ætatem oſtendendam pergendum eſt.

Inſuper

Sacra Chriſti ætas fuit 33. annorum & trium menſium.

Inſuper ex prædictis colligitur ætatem Chriſti Domini fuiſſe annorum 33. & trium menſiũ ferè: quia ſic, & non aliter bene ſaluatur, & plane veritas ſacri textus Danielis 9. iam explicati, & Ezechielis, & Eſdræ etiã prędictorum, eò quòd omnes anni à fine captiuitatis Babyloniæ, vſque ad mortem Chriſti fuerunt 437. & dimidium, iuxta prædictas ſacras Scripturas, & Patres. Et ſic demi debent anni prędicti, & menſes vitę Chriſti. In qua neceſſe eſt ponere illam partem anni incœpti, quia in fine hebdomadarum Danielis ponitur dimidia, trium annorum cum dimidio, iuxta præcedentem explicationem. quod rectè conuenit traditioni Eccleſiæ,

de Natiuitate Chriſti 25. Decembris,& morte in Paſchate 15. Luna Martij, quo die ſcilicet Veneris ſancti fuit egreſſio Iſraelis ab Aegypto Exodi 12.in qua redēptio noſtra per Chriſtum figurabatur. Et ideo ibi ſolēnius Iſraeli Paſchæ præceptum fuit à Deo poſitū. Et ita menſes illi tres,à 25.Decembris ad 15.Lunam Martij,ſiue ad Martium ferè, qui ſuperſunt poſt annum penultimum Chriſti, additi ad prædictam numerationem temporis intermedij, à fine captiuitatis, vſque ad Chriſti natiuitatem,reddunt integrum dimidium annum vltimæ hebdomadæ Danielis,& reliquum tempus ætatis Chriſti adimplet numerationē hebdomadarum prædictarum Danielis 9. Item aduertatur ætatem Chriſti prædictam triginta trium annorum, & trium menſium, non ſolùm probari ex dictis ſacris locis Danielis 9. Ezechielis 4. & 4. Eſdræ 7. ſed ex Euangelijs, & patribus: nam Chriſtus ante prædicationem impleuerat annos triginta, vt eſt intelligendū Lucę 3. de tempore poſt baptiſmum dicentis: *Et ipſe Ieſus erat incipiens,quaſi annorum triginta, &c.* qui impleti debent intelligi, vt ſaluemus Prophetas prædictos. Et ſic etiam expreſſe docuit ſanctus Chryſoſtomus homilia 10. in Matth. *Poſt triginta annos Ieſus venit ad baptiſma illud.*

Et

Et idem tenet Aug. qui de conſenſu Euangeliſtarum libro 2. c.18.dicit Chriſtum incæpiſſe prędicationem poſt carcerationem Ioannis aliquanto poſt baptiſmum,ſicq. poſt impletum annum 30. vt exponit Lyranus ex Auguſtino, & Chryſoſt. in prædicta verba Luc. 3. etſi dicat alios aliter opinari, ſed tamen dicit eſſe tenendum tandem cum communi ſententia Chriſtum mortuum fuiſſe poſt 33.annum, & prædicationem duraſſe pluſquam tres annos; quod etiam docuit Pererius lib. 11.in Danielē q. 3. & C.Baron.in 1.tom.Annal.p.183.& ſequenti, & alij moderniores: quamuis alij putent attigiſſe ſolum 33. annos, vt apud Ioannem Lucidum de emendatione temporum lib.7.cap.2 poſt medium,& Magiſtrum Medinam 3. par. q.46.artic.9. ſed neceſſarium eſt dicere totam ætatem fuiſſe annorum 33.& trium menſium: propter Prophetas prædictos, & propter Lucæ 3.cum explicatione Chryſoſt.& prædictorum, & ex phraſi ſacræ Scripturæ, in qua incipere annum ſignificat poſſidere illum iam impletũ, vt Geneſis 17. de Abraham naturaliter iam inepto ad generationem dicitur: *poſtquam verò nonaginta & nouem annorum eſſe cęperat, &c.* & eodem die,& capite ipſe ait de inceptione anni cẽteſimi ad Dẽũ: *putaſne centenario naſcetur filius?*

quibus

quibus conſtat in illo verbo: *cœperat:* ſignificari impletum annum 99. ſiquidem de tempore Natiuitatis Filij promiſſi dicitur cap. 21. *Viſitauit autem Dominus Saram ſicut promiſerat, & impleuit, quæ locutus eſt: concepitque, & peperit filium in ſenectute ſua tempore, quo prædixerat ei Deus. Vocauitq. Abraham nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac, & circumcidit eum octauo die ſicut præceperat ei Deus, cum centum eſſet annorum, &c.* Inſuper tempus prędicationis Chriſti poſt baptiſmum fuiſſe integros tres annos, & plus; conſtat ex prædictis auctoribus, & Euangelio Ioannis cap. 5. 6. 12. & ſequentibus. Vbi narrantur quatuor paſchata annua, pręter alia feſta, de quibus habetur præceptum Deuter. 23. Et ita neceſſarium eſt dare poſt baptiſmum Chriſti, per Ioannem plusquam tres annos prædicationis eius: quod tempus exigunt quatuor paſchata annua. Et ſic etiam in officio Eccleſiaſtico in hymno de paſſione dicitur: *Luſtris ſex, qui iam peractis, tempus implens corporis, &c,* in quo verbo: *peractis:* intelligitur poſt annos triginta incæpiſſe prædicationem, quam mors ſecuta eſt: Luſtrum enim apud omnes auctores melioris notæ, quinque annos continet, & illa ponuntur in ablatiuo abſoluto, vt iam tranſacta, neque obeſt illud: *quaſi:* Luc. 3. poſitum: quia in ſacris Scripturis non ſemper ſignificat diminutionẽ,

ſed explicationem aptitudinis, & accommodationis rerum ſcriptarum: Vt Ioan. 1. de Chriſti gloria: *Quaſi vnigeniti à Patre*: & ſic eo loco dictum eſt Chriſtum digno myſterio ad exemplum prædicatoribus exhibendum, acceſſiſſe ad baptiſmum, & prędicationem incipiendam triginta iam annorum, vt notat Chryſoſt. & Beda ibi, & Greg. Nazianz. orat. in ſanctum baptiſma, poſt medium, & alij antiqui citati per Diuum Thomam in Catena in eundem locum, vel etiam, & rei exiſtentiam, & ſimul apparentiam, ſeu reputationem aliorum de tali prouecta ætate Chriſti, ſignificare vult Euangeliſta ibi, ſicut Marci 8. *quaſi quatuor millia, &c.* quod ſine, quaſi refertur de eodem miraculo, Matth. 15. erat enim turba vere ſic exiſtimanda. Et ſic etiam Chriſtum prædicantem Iudæi perfectę ætatis exiſtimabant, & adhuc ſupra veritatem, vt apud Ioan. c. 8. *quinquaginta annos nondum habes, &c.* Et eodem modo intelligenda eſt lectio alia eodem loco Lucę 3. poſita à S. Ambroſio: *ferè*; pro *quaſi*, pro eadem communi exiſtimatione.

Summa annorum huius Tabulæ 2098. & tres menſes.

Ex

Ex quibus omnibus colligitur iuxta ſacras Scripturas planè ; & iuxta patres intellectas , cenſendũ eſſe de annis mundi ſicutin iſtis præcedẽtibus quatuor tabulis explicatum eſt . Et numerum annorum à die orbis conditi à Deo, vſque ad præcedentem annum Iubilęi 1600. eſſe 5672. & trium menſium, vt oſtenſum eſt ; & deinceps, vſque ad præſens, & ſequentia tempora addendus erit numerus currentium annorum ; & menſium, vſque ad extremum iudicij diem.

BIBLIOT. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Summa

Ex omnibus quatuor Tabulis colliguntur anni
Mundi 5672. & 3. menſes. anno Iubilæi
1600. & deinceps numerus adde-
tur anni currentis, & præſen-
tis 1610. in fine Decem-
bris erunt anni
Mundi
5682. & tres menſes.

TABVLA

TABVLA V.
DE GENEALOGIA D.N. IESV CHRISTI, ET B. Mariæ Matris eius.

AVCTORE IOANNE DE ROA DAVILA Theologo Doctore, Priore S. Ioannis De Cauero, Ord. Can. Reg. S. Auguſtini.

Chriſtus Dominus noſter, ex tribu Iuda, & ſtirpe Dauid, & Abraham, ortus ex Maria Virgine, ex eadem familia, cum Ioſeph.

PRimo præſupponendum eſt Ieſum Chriſtũ Dominum, & Saluatorem noſtrum, Dei filium, & Verbum Patris, verumque Deum, Carnem, & originem in terris humanam aſſũpſiſſe ex Tribu Iuda: vnius ex filijs Iacob, filij Iſaac, ac nepotis Abrahæ, de quibus præſcriptũ eſt Tabula noſtra ſecun-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

da, & de ſucceſſione eorum in Tabula tertia. ſed dogma iſtud fidei noſtræ Catholicæ: Chriſtum ex Iudæ tribu, & ex Dauidis ſtirpe eſſe ortum: conſtat pluribus ſacræ Scripturæ locis, & Patrum, & Eccleſiæ communi acceptione vt de promiſſione habetur pſal. 131. ad Dauid & Gen. 17. ad Abraham, & id dictum eſt ab ipſo Domino Ioannis 4. *Salus ex Iudæis eſt*. Et a Paulo Apoſtolo ad Rom. 1. *Paulus Seruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus: Segregatus in Euangelium Dei: quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis Sanctis de filio ſuo: qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, ſecundum* Carnem. & à Ioanne Apoc. 5. *Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid*, & Euangel. Matt. 1. & 2. cap. *Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iuda, in diebus Herodis Regis; ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam dicentes: vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum: audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo, & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis: vbi Chriſtus naſceretur? At illi dixerunt ei: in Bethlehem Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per prophetam: & tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in* Principibus *Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael*. Vbi vt Patres notant, ex confeſſione etiã Iudæorum, ortus Chriſti in Iudæa conſtat, & allegatur locus Micheæ cap. 5. *Et tu Bethlehem ephrata, &c.* quod teſtimonium de Bethlehem,

quæ

quæ etiam ephrata dicitur Geneſ. 45. & 48. de terra Iuda, non de alia, quæ erat in Galilæa, iuxta Ioſue 19. intelligitur ſecundum Hieronymum Matth. 2. Nec turbare debet, quod Lucæ cap. 1. Maria Beatiſſima dicatur Cognata Eliſabeth, quæ erat de tribu Aaron, & Leui, ſicut coniux eius Zacharias ſacerdos: Quia Tribus Regia Iudæ, & Sacerdotalis erant mixtæ, vt patet 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 22. & lib. Eſdrę, ſicut notat Lyranus, ſæpe: vt in dicto cap. 22. de Ioſabeth filia regis Iudæ Ochoziæ dicitur vxorem fuiſſe Ioiadæ Sacerdotis ſummi, & 4. Reg. 23. de Amital filia Ieremiæ de Lobna Ciuitate Sacerdotali, iuxta Ioſue 21. dicitur matrem fuiſſe Ioachaz filij Ioſiæ regis Iudę, & 4. Reg. 24. dicitur Mathaniam, ſiue Sedeciam Regem Iuda habuiſſe matrem eiuſdem nominis, & loci, qui fuit patruus pręcedentis: quamuis ex illo non proceſſerit Chriſtus, ſed ex rege alio translato in Babyloniam Ioachin 4. Reg. 24. & 25. qui cæteris extinctis perſeuerauit in Babylonia, & accepit thronum regiũ, & ſi cum ſubiectione ad regem, vt ibi dicitur; qui Matt. 1. & Hierem. 22. vocatur Iechonias, & ex quo Chriſtus dicitur ibidem ortus per Salathiel, Zorobabel, & ſequentes, de quibus in libris Eſdræ habetur, neq; perturbet, quod

dicitur Hierem.22.de iſto eodem Iechonia filio IoaKim regis Iuda,de quo ſcribitur 4. Regum c 24.& 25. *Hæc dicit Dominus: ſcribe virum iſtum ſterilem,qui in diebus ſuis non proſperabitur:nec enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper Solium Dauid,& poteſtatem vltra habeat in Iuda:* Nam hoc nõ tollit veritatem Euangelij, ſed ſolum denotat quod dicitur dicto cap.25.ſiue vltimo.4.Reg. fuiſſe humiliatum, vſque ad Euilmerodach regem Babylonis,qui ſublimauit prædictum Ioachin, ſiue Iecheniã regem circa finem vitæ, ſed non cum antiquo ſplendore,& libertate,vt in terra propria,& ſic non in ſolio,vt notat Lyranus, & S.Thomas ad 3. argum.art.2.q.31. tertiæ partis, & Ambroſius lib. 3. in Lucam in fine.Illũ autem Iecheniam,ſiue Ioachin cẽſendũ eſt nõ ſolũ fuiſſe de tribu Iuda,ſed ex tribu Aaron per lineã maternam ſaltẽ, vt fatetur Auguſtinus 23.lib.contra Fauſtum cap. 9. tomo 6.& ex illo, & Gregorio Nazianzeno, & Lucæ 1. vbi ponitur Eliſabeth de ſacerdotali linea,& tribu Aaron cognata B.Virginis,id tenet ſanctus Thomas in dicto art. 2. ad ſecundum argumentum, nec mirum eſt commixtas fuiſſe duas tribus Iudæ, & Aaron, ſeu Leui, quia reputabantur vnica tribus,ex eo quod tẽplum Domini erat in Iudæa, in quo miniſtrabant

bant Sacerdotes, & Leuitæ. Et ſic lex prohibens matrimonia in diuerſa tribu, Leuit. 18. & 20. ſemper fuit intellecta cum hac exceptione: Si quidem à principio primus ſummus Sacerdos Aaron aſſumpſit ſibi vxorem filiam Aminadab ſororem Naaſon principis Iudæ, Exodi 6. ſed præcipuè, & per virilem lineam Chriſtum fuiſſe de tribu Iuda cenſendum eſt, contra Fauſtum Hæreticum, ex locis prædictis ſacræ Scripturæ, & Auguſt. lib. 1. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 3. & lib. 23. contra Fauſtum cap. 9. Damaſceno lib. 3. de fide cap. 25. & ſancto Thoma 3. parte quæſtione 22. art. 1. ad ſecundum argumentum fundatis in Paulo ad Hebræos 7. *Manifeſtum eſt enim, quod ex Iuda ortus ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus: in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt*. Vbi Paulus principalitatem ortus ex Iuda exponit, in qua non erat per ſe ſacerdotium: vt ſignificaretur aliud ſacerdotium nouum, & melius ſurgere in lege Chriſti, regis ſimul, & Sacerdotis, vt inquit Paulus ibi: *Secundum ordinem Melchiſedech, aliũ ſurgere ſacerdotem, & non ſecundũ ordinem Aaron*. vt exponit ibi Chryſoſtomus homilia 13. & S. Thomas lectione 3. ibi, & in loco præcitato, & Lyranus in d. c. 7. non vero negauit Paulus coniunctionẽ tribus regiæ & Sacerdotalis, iux-

ta eoſdem patres, vtrumque enim certè fatendum eſt indubitanter,ex ſacris Scripturis prædictis,& ſic D.Thomas & patres prçcitati nullam contradictionem innuunt in vtriſque locis, & Auguſt.2. de conſenſu Euangel.cap.1. & Hieronymus, & Hilarius Matth.1.

Sed circa cap.1. Matth. Euangeliſtæ: *Liber Generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham: Abraham genuit Iſaac: Iſaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius, &c.*
Hoc loco notandum eſt primo omnes Patres in Matth.1.& Luc. 1.2. & 3. cap. intellexiſſe ſignificari à Spiritu ſancto: Dauid Iudam, & Abraham, parentes carnales fuiſſe, non tantum Ioſeph, ſed etiam Beatæ Mariæ Virginis,ex qua ortus eſt ſecundum humanitatem Chriſtus Dominus,ſine violatione Virginitatis, et ſine virili concurſu, vt fides catholica docet ex traditione, & ſacris Scripturis Matth. 1. & Iſaiæ 7. *Ecce Virgo concipiet,& pariet filium,& vocabitur nomen eius Emmanuel,&c.* (id eſt, nobiſcum Deus) & Luc.1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus Altiſsimi obumbrabit tibi,* & Mat.1.*Quod enim in ea natum eſt,de Spiritu ſancto eſt.*Quare Dominus Chriſtus Daniel 2. dicitur abſciſſus lapis de Monte ſine manibus. Secundo notandum eſt in ſacro Textu, Matth.2.& Lucæ 3. vt genea-

logia

logia Ieſu Chriſti D. N. conſtituatur, parentes Ioſeph explicari, qui tamen non fuit pater verus Chriſti, ſed apparens, & putatiuus, Lucæ 3. *Vt putabatur filius Ioſeph*, Et ſi Sponſus vere quidem Virginis eſſet. Propter quod duplex dubium oriri poteſt. Primum quo nam pacto comprobetur Ieſum Chriſtum fuiſſe de tribu Iuda: expreſſo ibi genere Ioſeph: non Patris Saluatoris? cui ſatis fit: tum quod ipſi Euangeliſtæ vtramque cognationem ſufficiēter fatentur, cum præſuppoſita virginitate Mariæ, & conceptione Chriſti de Spiritu ſancto, aſſerunt Chriſtum ex Iudæ tribu, & ſi ibi Ioſephi Sponſi parentes, non omnes Mariæ expreſſerint; conſequenter enim fatentur eſſe vtrumq; ex eadem familia, ne defectus argui poſſent. Sed & Lucas cap. 2. expreſſius idem inſinuauit, cum dixit: Ideo Ioſeph cũ Maria in Bethlehem Iudæ fuiſſe deſcriptos, iuxta mandatum Cæſaris, eo quod eſſet de domo, & familia Dauid: vbi non tantum Ioſeph deueniſſe ad Bethlehem, ſed cum Maria ſcribitur. Tum etiam id confirmatur, quod inter Hebræos, virorum, potiùs, quàm mulierum in familia, & genealogia ratio haberi ſolita erat; & ſic in ſacris Hiſtorijs paſſim conſpicitur. Tum quod erat ſolitum viris illis ſuæ familiæ fœminis matri-

monio

monio coniungi, vt oſtenditur Geneſis 24. & 28. Exod.2.& 34.Num.vltimo, Deuteronom. 7.& 1.Eſdræ 9.& 10. exceptis caſibus Leuit. 18.& 20.Atq; ideo poſita familia Ioſephi, intelligitur conſequenter, ad eos non præuaricantes legem, familia coniugis, ex eadem Tribu, & ſtirpe, & ſi ex diuerſis immediatis parentibus: Ob idque Hieron. Matth.1.inquit: Ideo Virginē diuina prouidentia habuiſſe ſponſum *vt per generationem Ioſeph, origo Mariæ monſtraretur.* Secundum dubiū eſſe poſſet, quod vt ait Hier. hæreticos aliquando vrgebat, quonam modo varij numero diuerſiq; Patres Ioſephi enumerentur à Matt. cap.1. & Luca cap.3. Ad quod nihil aliud, quam quod Patres, circa ea teſtimonia ſenſiſſe conſtat, reſpondebo: parentes naturales à Matthęo, per verbum: genuit; & à Luca parentes legales, & adoptantes, per verbum: fuit; etſi cum mixtione naturalium aliquorum numerari. Et ita Auguſtinus tom. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 3. *Nec ſic nos hoc verbum perturbare deberet, vt aliud crederemus, quam ab vno Euangeliſta gignentem, ab altero adoptantem patrem fuiſſe commemoratum, &c.* Et ſic omnes Patres ibi in Commentario. Item, vt ait Matth.1. Nil, vt ſupra diximus, etiam ſignificatur origo Chriſti, ex Sacerdota-

ta-

tali linea per Lucam 3 & ex Iudæ regia Tribu per Matt. 1. per diuerſos patres. Id autem in ſpeciali quomodo contigerit, non oportet inquirere: quia ſuperflua hæc ſunt, & conſequenter vitanda à Chriſtianis, iuxta Paulum 1. ad Timoth. 1. & 2. cap. 2. & ad Titum 3. Hoc autem certo ſcimus impoſſibile eſſe mentiri Deum: quo conſolabatur nos Paulus ad Hebreos 6. Inſuper, & ſacros Scriptores Dei ſpiritu loquutos, vt inquit idem Paulus 2. ad Timoth. 3. & Petrus 2. Epiſtolæ cap. 1. Scimus etiam conſuetum fuiſſe apud Hebræos fratres, & cognatos aſſumere relictas vxores fratrum, ſub quorum nomine cenſebantur eorum filij, vt conſtat Geneſ. 38. Ruth. 4. Deut. 25. & alibi. Etſi non viuentium. Marci 6. Leuit. 18. & 20. adoptare etiam erat in vſu, vt Eſther 2.

O In

Poſt antiquos Patres, Iudas filius Iacob Princeps, & origo Tribus Regię Dauidicæ nominatæ.

In particulari autem Progenitores Ioſeph, & ſtirpē B. Mariæ, ac Chriſti conſequenter: proponit Matthæus c. 1. vbi, vt Patres notant, & præcipuè Lyranus, & Hieronymos ibi, intentum ſacri Euangeliſtæ fuit, proponere præcipuos parentes eorum, ſub triplici theſara decada, & ſub triplici quætuordecim generationum numero, etiā ſi quoſdam omiſerit, præcipuè ortos, ex familia Achab, & Iezabel impijſſimæ, de quibus in 4. Reg. & 2. Palipom. lib. & in Tabulis antecedentibus, ſermo habetur, ad quas oportet attendere ad cōnexionem parentū Chriſti. Nunc autem à Iuda in ſpeciali incipiemus. Sed & horum ſpecialiorem rationem, ex antiquorum

quorum traditione apponit Euſebius Cęſarien. libro 1.hiſtor.Eccl.c.6.

De Iuda filio Iacob habetur Gen. 35. *Erant autem filij Iacob duodecim: filij Liæ primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, Iudas, Iſſachar, & Zabulon. filij Rachel, Ioſeph, & Beniamin; filij Balæ ancillæ Rachelis Dan, & Nephthali. filij Zelphæ ancillæ Liæ, Gad, & Aſer.* De Iuda autem etiam meminit Matt.c.1. *Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius: Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.*

Phares ſpurius Iudæ & Thamar.

De Phares filio Iudæ, habetur Matth.1. & Geneſis 38. & 46. & 2. Paral. 2. *Filij Iuda, Her, Onan, & Sela, &c. Thamar autem nurus eius peperit ei Phares, & Zaran* (De caſu, & de ſtupro Thamar habetur Geneſ. 38. & laudatur ex eo Dei benignitas, quia, vt in-

quit Hieronymus Matt. 1. *Vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus naſcens; omnium peccata deleret.*

De ſequentibus incipiendo à Phares, habetur, & Matth. 1. *Phares res autem genuit Heſron*, & 2. Paral. 2. & Gen. 46. *Natique ſunt filij Phares Heſron, & Hamul.*

Heſron.

Aram, qui, & Ram. — Matth. 1. *Heſron autem genuit Aram*, & 1. Paral. 2. *Filij autem Heſron qui nati ſunt ei: Ierameel, & Ram, & Calubi.*

Aminadab. — Matth. 1. *Aram autem genuit Aminadab.* 1. Paral. 2. *Porrò Ram genuit Aminadab.*

Nahaſſon. — Matth. 1. *Aminadab genuit Naaſſon.* 1. Paral. 2. *Aminadab genuit Nahaſſon, principem filiorum Iuda.*

Salmon, qui, & Salma. — Matth. 1. *Naaſſon genuit Salmon.* 1. Paral. 2. *Nahaſſon quoque genuit ſalma, de quo ortus eſt Booz.*

Matth.

Booz ex Raab.	Matth. 1. *Salmon autem genuit Booz de Raab* (in quo etiam laudanda eſt cum Hieronymo Dei bonitas cũ, Raab meritrix fuerit, iuxta Ioſuæ 12. cap. & in genealogia Chriſti ponatur.
Obed, & Ruth,	Matth. 1. *Booz autem genuit Obed, ex Ruth*. De hac etiam ſcribitur in lib. ſacro Ruth. & 1. Paralipom. 2.
Iſai, qui, & Ieſſe.	Matth. 1. *Obed autem genuit Ieſſe*. 1. Paral. 2. *Booz vero genuit Obed, qui, & ipſe genuit Iſai, Iſai autem genuit primogenitum Eliab, ſecundum Abinadab, tertium Simmaa, quartum Mathanael, quintum Raddai, ſextum Aſom, ſeptimũ Dauid*, quod etiam habetur 1. Reg. 16. (eſtque notandum, nomen illud Ieſſe reperiri etiam Iſai.

S. Dauid Rex Iſraelis
Salomon, Roboam,
Abiam, Aſa,
Ioſaphat, Ioram,
Ochozias, qui, & Ioachaz,
Ioas, Amaſias,
Ozias, qui, & Azarias,
Ioatham, Achaz,
Ezechias, Manaſſes,
Amon, Ioſias,
Ioachim, qui, & Iechonias,
Salathiel, Zorobabel,
Abiud, Eliacim,
Azor, Sadoc,
Achim, Eliud,
Eleazar, Mathan,
Iacob.
S. Ioſeph vir, & ſponſus B. V. Mariæ.
Ex Maria Ieſus Chriſtus filius Dei.

ſai. 7. preter Matth. 1.

De Dauide Rege, & ſucceſſoribus eius dictum eſt in Tabula tertia, & quarta. ibidēque, vſque ad Iechoniam, ſeu Ioachin, vnde non oportet repetitione vti; qui etiam Matth. 1. explicantur.

De ſequentibus à Salathiel ſermo eſt apud Matth. c. 1. *Et poſt tranſmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit* Iacob, Iacob *autem genuit* Ioſeph, *virum Mariæ, de qua natus*

natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. In quibus Patribus notandum eſt, conſeruatam fuiſſe regiam, dignitatem, vel exiſtimationem, vel nomen ſtirpis, vt in tempore captiuitatum, vel etiam in tẽpore humilis ſtatus fieri poterat, vt indicatur libris Eſdræ, & Danielis, & præcipuè 4. lib. Reg. ca. vlt. vbi in fine dicitur eleuatum eſſe Iechoniam, qui ibi vocatur Ioachin, ad thronũ, & auctoritatẽ Regis. & horũ in Lucæ 2. in deſcriptione Ioſeph, ratio adhibetur, *Eo quod eſſet de domo, & familia Dauid*. & in Geneſ. cap. 17. Reges ex Abraham futuras eſſe prædicitur, & in cap. 49. non eſſe auferendum ſceptrum de Iuda, nec Ducem de fœnore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium, Vbi communiter Patres, & Lyranus ſpecialius notant anteceſſores Chriſti Reges, & Duces fuiſſe, & quod licet tempore Machabæorum ſacerdotalis tribus ſit immixta, & Dei prouidentia eleuata ad gubernationem Iudæorum, vt libro ſacro Machabæorum conſtat: ſed tamen tribus Iudæ ſimul intelligitur, tunc regnans, propter coniunctionem tribus Regiæ & Sacerdotalis. Ijdem vero Patres expræſſi à Matthæo (licet ſub diuerſis nominibus, quod conſuetum erat apud Iudæos) in cap. 3. lib. 1. Paralipom. & lib. Eſ-

drę reperiuntur : à Zorobabele duce ducto principio.

Sed in hoc loco aduertendum eſt pro gloria Chriſti, & probatione aduentus eius 1. progenitores Matris eius linea recta principes extitiſſe. Secundo ſignũ à Deo datum de aduentu illius præcipuum hanc ipſam regiam prærogatiuam continens, fuiſſe impletum nempe quod prophetatum eſt à ſancto Patriarcha Iacobo iam moriturum, Geneſ.49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* In cuius loci explicatione, & ſi ſit falſa contentio Rabinorum Hebræorum per deliramenta quædam extrahentium literam à veritate ſigni aduentus Chriſti, ſeu Meſſiæ in lege promiſſi per Moyſen Deuterono. 18. & per alios prophetas; ſed eorum pertinacia conuincitur ex ſequentibus ſacræ Scripturæ, & patrum locis: & licet etiam ſit aliqua apparentia diuerſi ſenſus inter patres, ſed verè conueniunt in principio reducente omnia ad Concordiam, & Claritatem. Itaque primo ſunt quidam ex patribus, qui rigoroſe intelligant prophetiam: quod numquam defecerint in populo Iudæorum principes, & gubernatores de tribu Iuda, cum commixtione Leuiticę tribus, vſque ad

Chri-

Christum: vt ſanctus Cyrillus Alexandr. lib. 8. contra Iulianum, & Lyranus Geneſis 49. & Hieronymus in illud Oſeæ 3. *Sine Rege, &c.* Secundo alij ex aduerſo intellexerunt prophetiam: quod Iudæorum gubernatores, vſque ad Chriſtum non fuerint quidem ſemper ex Iuda: vt Euſebius Cæſarienſis lib. 8. demonſtrationum Euangelicarum, & ſanctus Hieronymus in Hieremiæ 22. ad finem, & Ezechielis 21. At vero in tertio hoc conueniunt omnes quod aliquo vero modo verificetur prophetia in eo, quod vſque ad Chriſtum non defecerit, ex proprijs Iudæorum rex, vel dux, donec nato Chriſto, ingreſſi ſunt alieni, vt de Herode in Euāgelijs dicitur: & ſplēdor regius aliquādo defecerit, iuxta illud Dan. 3. *Non eſt in tempore hoc Princeps, & Dux, &c. Et Oſeæ 3. dies multos ſedebunt filij Iſrael, ſine Rege, ſine Principe, &c.* quod etſi Hieronymus ibi de tempore poſt Chriſtum, intelligat, vſque ad diem Iudicij, circa quam fiet vnum ouile, & vnus paſtor: Ioannis 10. ſed etiam recte intelligitur de defectu ſplendoris regij in varijs temporibus, vt ſtatim explicabo. Et ſic in prophetia prædicta duo, & nō vnum dicuntur: nam non dicitur, quod ſimul nō deficiet ſceptrum, neque Dux: ſed dicitur: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de fæmore*

dius, &c. Et hęc eſt ſententia vltima D. Hierony mi, Oſeæ 3. *Non deficiet Princeps ex Iuda, neque Dux de fæmore eius, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit ſpectatio gentium: ergo poſtquam defecit princeps ex Iuda, & Dux de fæmoribus eius, & Herodes alienigena, & proſelitus ſuſcepit imperium, intelligimus veniſſe, cui regnum repoſitum eſt, & ipſe erat expectatio gentium. Hæc eſt cæcitas, quæ ex parte accidit Iſraeli, vt ſubintraret plenitudo gentium, & tunc omnis Iſrael ſaluus fieret.* Quam ſententiā tenuerunt Euſebius Cęſarien. lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſticæ cap. 4. & 5. & Sanctus Iuſtinus Martyr dialogo cum Triphone, paulò ante medium, ſanctus Chryſoſtomus, tomo 1. homil. 42. ad medium in Geneſim. ſanctus Auguſtinus tomo 3. in tractatu de benedictionibus Iacob, ad finem & tomo 5. libro 18. de Ciuitate Dei cap. 5. ſanctus Gregorius primus homil. 2. in Euangelia, S. Ambroſius, Lucæ 3. & de benedictionibus Patriarcharum cap. 4. & idem voluerunt patres alij ſupra citati: vt ſcilicet & reſolute tenendū ſit, nec ſemper reges, & duces in ſplendore ſuo fuiſſe in Iuda, neque ex alienis, neque ſine conſenſu Iudaicæ tribus dominaſſe illorum gubernatores: ſed ſemper ex Iſrael, & conſentiente tribu Iudæ, excepto paruo interſtitio aliquo vacātiæ, vt Iudicū 17. & 18. *Tunc non erat Rex in Iſrael*: obtentum eſſe ſceptrū in Iuda, vſque ad Chri-

ſti natiuitatem excluſiuè, vt eſſet perpetuum Dauidis, & Chriſti regnum, iuxta 2. Reg. 7. pſal. 88. Luc. 1. cap. Quæ reſolutio ex ſacris teſtimonijs, enumeratis, ſingulis temporibus hic comprobabitur, dimiſſis varijs modis dicendi relatis, à Pereira in Geneſis 49. Nam 1. poſt Iacob dominabantur etiam in Aegypto, inter ſe gubernãdo, primogeniti, & Duces familiarum, vt patet Geneſis 36. & 46. & Exod. 12. & Num. 1. & apud Hierony. tomo 3. in qq. Heb. Geneſ. 49. Et tom. 2. epiſt. 126. Deinde in toto Iſraele dominatus eſt Moyſes ex Tribu Leui, Exod. 2. & ſequentibus. Poſt Moyſen Ioſue, vt in eius libro. Deinde Iudices ex varijs tribubus vſq; ad Samuelem lib. Iudicum & 1. Regum. Deinde regnauit Saul de tribu Beniamin 1. Regum 8. 9. & 10. poſt hunc Dauid Rex de tribu Iuda cap. 16. deinde filius eius Salomon 3. Regum 1. Deinde diuiſione facta Iudæ, & Iſraelis, tempore Roboam, ſub quo, & ſucceſſoribus fuit tribus Iudæ, & Beniamin, & Leui, vt patet lib. 1. Eſdræ cap. 1. & 4. Et ſi tribus Iuda, vt caput nominabatur lib. Reg. & Machabęorum. Et ſub Ieroboã, & ſequentibus regibus Iſrael reliquę decem tribus, iuxta 3. Reg. 11. 12. & ſequentibus, & in lib. Paralip. Deinde ſecutæ ſunt captiuitates

Iſraelis 4. Reg. 17. & Iudæ 24. & 25. Non tamen principes habebant abſolutam iuriſdictionem, vt dictis locis, & Daniel. 3. & Oſeæ 3. habetur: ſed tamen cum gubernatione, vt cõſtat Dan. 13. in Iudicio Suſannæ. Ab exitu autem captiuitatis ſub Eſdra Sacerdote, & ſub Zorobabel principe fuit tribus Iuda, vt patet lib. Eſdræ. Deinde Sacerdotes ſummi gubernabant, vt libro Iudith conſtat. Deinde tempore Machabæorum principatus Iudæ per annos multos fuit in ſacerdotibus de tribu Leui, vt libro Machabæorum 1. cap. 2. 9. & 14. & lib. 2. cap. 1. 3. & 10. Sed eodem tempore electio, & acceptatio principis ſpectabat ad populum Iudæorũ, vt lib. 2. c. 2. & 10. patet, & principatus Iudæ nominabatur lib. 1. c. 1. 2. & 14. Cæterum poſt Chriſtum natum ſeu circa, iam erat in Iudæa rex externus Herodes, & Tetrarchæ ſimul cum dominatione Romanorum: vt patet Matth. 2. & 27. Lucæ 3. & 23. Marci 6. & 15. Ioan. 19. Actorum 12. & 22. & 25. & rurſus in tali tempore non reſtabat Iudæis facultas iudicandi liberè, ſiquidem Ioannis 19. & prædictis locis conſtat recurſus Iudæorum contra Chriſtum ad exteros, etſi tunc erat concilij facultas, vt patet eiſdem locis Euangelij, & per Carolum Sigonium lib. 6. de rebus Heb. cap. 7

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

& Sacerdotibus ſummis etiam male per Romanos conſtitutis, erat facultas aliqua gubernationis, vt conſtat Matth. 23. & illis aliquando aſſiſtebat Spiritus ſanctus, ratione officij, vt Ioan. 11. & Deuter. 17. Chriſti ergo aduentus clare conuincitur prædictis. Sed hic eſt aduertendum (ne dubitatio legenti exoriatur) à Iacobo dicto cap. 48. & 49. nominari duodecim filios, & duos nepotes: nempe Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Zabulon, Iſſacar, Dan, Gad, Aſer, Neptali, Ioſeph, & Beniamin: & præter filios, duos nepotes adoptatus: Ephraim, & Manaſſem. Quibus tamen omnibus nominatis ſubditur cap. 49. *Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim*. Quod ex eo dicitur, quod tribus Leui non eſſet habitura poſſeſſionem terream, præter decimas, primicias, & oblationes, & Ciuitates ad habitandum. Ioſue 13. Num. 18. nec numeratur Dina, de qua Geneſis 30. & 34. & rurſus licet ſint. 14. viri, numerus duodecimus pro filijs, vt principalior apponitur ibi, & alibi. At vero cum numerantur beati ex his tribubus, Apocal. 7. Non numeratur Ephraim, vt inuiſus, ob inductam idololatriam per Ieroboam Ephratæum 3. Reg. 11. & 12.

De ætate vero Chriſti ſacra dictum eſt in Tabula Quarta, vbi ad temporum connexio-

nem

nem oportebat eo loco interſeri, quam nunc non oportet referre, neque dicta in alijs Tabulis.

Ex quibus ſimul perfecta videtur ratio temporum, & genealogia Patrum, ad ſacrarum Scripturarum intelligentiam, & ad habendam notitiam rerum antiquarum. Ad Dei Gloriam, & S. Eccleſiæ vtilitatem.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pro erratis ſic lege.

Pag. 1. lin. 18. attentionem, lege attentio. p. 5. lin. 13. ep. 186, ep. 139. p. 14. lin. 13 30. Auguſti, 31. Auguſti.

Pag. 27. lin. 22. in fine, & Hieron. tom. 3. ep. 125. ad Damaſum q. 2. idem dicit: ſed 14 anni ab eo illi, poſt diluuium addiri non ſubſiſtunt ex hac tabula. p. 31 lin. 18. Chanaam, Chanaan. p. 42. l. 13. to. 4, to. 4. q. 47. in Exodum. p 43. l. 1. fuiſſe, interfuiſſe multum.

Ibid. p. 43. l. 5. eſſe morem ſacræ Scripturæ fatetur Hiero. q. 2. ep. 125. ad Damaſ to. 3. & numerat 430. annos. eſſe morem ſacræ Scripturæ fatetur Hiero. in trad. hebr. 2. Paral. 22. præteriri annos malorum & tribulationum aliquando, & q. 2. ep. 125. ad Damaſ. to. 3. numerat 430. annos.

Pag. 46. l. 19. anno quarto, anno quarto Salomonis. p. 48. lin. 12. gloſa Bedæ, gloſa Bedæ Act. 13. p. 60. l. 13. c. 22. 2. Paral. iſto 8. Ibid. lin. 20. dicto c. 8. 4. Reg. dicto c. 22. p. 62. l. 21. ſcribiur, ſcribitur. p. 71. l. 3. vltimam, penultimam. p. 72. l. 1. 26, 25. p. 72. l. 16. domui, domum. Ibid. l. 20. ſucceſſiones, ſucceſſionem. p. 74. l. 1. quæ, quos. p. 81. l. 4. reliquos, reliquias. p. 86. l. 6 finis, finis eſt. p. 104. l. penult. Nil. Hilarius. p. 105. l. 9. Hebreos, Hebræos. p. 106. l. 13. quætuordecim, quatuordecim. p. 109. l. 2. marg. Obed & Ruth, Obed ex Ruth. ibid. l. 21. Mathanael, Nathanael. p. 110. lin. 1. Iſai. Iſaiæ. p. 111. l. 12. futuras, futuros. p. 112. l. 10. moriturum, morituro.

SANTIN OTTAVIA
RESTAURO DEL LIBRO

1972